

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Gorgias Plationis, vel, de rhetorica

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechteinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechteinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

inter nos constituisse quod non ex nominibus, imò ex se ipsis potius discenda quærenda sunt. CRAT. Sic apparet ò Socrates. SOC. Animaduertamus & hoc præterea, ne multa hæc nomina in idem tendentia nos decipiant, cū qui illa imposuerunt, currere omnia semper fluereq; putauerint, atq; ea consideratione posuerint: videntur nempe mihi ita existimasse: quorum tamen opinio si talis extitit, falsa habenda est. profecto illi velut in quandam delapsi vertiginem, & ipsi vacillant iactanturq;, & nos in eadem rapientes immergunt. Considera vir mirifice Cratyle quod ego sepe numero somnio, Vtrum dicendum est esse aliquid ipsum pulchrum ac bonum, & vnumquodque existentium ita, necne. CRAT. Mihi quidem ò Socrates esse videtur. SOC. Illud igitur ipsum consideremus, nõ si vultus quidam aut aliquid talium pulchrum est, quippe hæc omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus, nõne semper tale quale est perseverat? CRAT. Necessè est. SOC. Nunquid possibile est ipsum rectè denominare, si semper subterfugit, ac primo quid illud sit, deinde quale sit dicere? vel necessariū est, dum loquimur aliud ipm statim fieri, iugiterq; diffugere, nec tale amplius esse? CRAT. Necessarium. SOC. Quo pacto aliquid illud erit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, eo in tempore minimè permittatur: sin autem semper eodem modo se habet, idemq; existit, quomodo transit vel mouetur, cum ideam suam non deserat? CRAT. Nullo pacto. SOC. Præterea à nullo cognoscetur. dum enim cognitura vis ipsum aggrederetur, aliud alienumq; fieret. quare quid sit aut quale cognosci non posset. nam cognitio nulla ita rem percipit, vt nullo modo se habentem percipiat. CRAT. Est vt ais. SOC. Sed neque cognitionem ipsam esse affirmandum est, ò Cratyle, si decidunt omnia, nihilq; permanet. Si enim cognitio ex eo quod cognitio est non decidit, permanebit semper, ac semper erit: cognitio: sin autem cognitionis species ipsa discedit, simul & in aliam cognitionis speciem delabatur, neque cognitio erit, Quod si perpetuo migrat, semper non erit cognitio. Atque hæc ratione neque quod cognitum est, neq; quod cognoscendum, semper erit. Sin autem semper est quod cognoscit, est quod cognoscitur, est pulchrum, est & bonum, estq; denique existentium vnumquodque quæ in presentia dicimus, fluxus lationis similia non videntur. Vtrum verò hæc ita sint, an vt dicebant Heracliti sectatores, alijq; permulti, haud facile discerni potest. Neque hominis sanè mentis est seipsum animumq; suum nominibus credere, & autorem nominum sapientem assuerare, atque ita de seipso rebusq; omnibus malè sentire, vt putet nihil integrum firmuq; existere, sed omnia velut fictilia fluere atq; concidere, et quemadmodum homines de stillationibus capitis egrotantes, similiter quoque res ipsas affici iudicet, adeo vt de stillatione & fluxu omnia comprehendatur. Forte ò Cratyle ita est, forte etiam aliter, forti animo & diligentissimo studio inuestiganda res est. neque enim facile assentiendum. Iuuenis adhuc es, atque tibi sufficit ætas. Et siquid inueneris indagando, mihi quoq; impartiri debes. CRAT. Nauabo operam Socrates. Ac certè scito me etiam in presentia non torpere, imò cogitanti mihi & multa animo resoluenti multo magis ita vt dicebas ipse, quam vt Heraclitus, res sese habere viden-

tur. SOC. Deinceps amice postquam redieris me doceto. Nunc autem vt constituisti, in agrum perge. Atqui et Hermogenes hic te comitabitur. CRAT. Fiet vt mones Socrates. Verum tu quoque iam de his cogita.

GORGIIAS PLATONIS, VEL, DE RHETORICA. MARSILII FICINI ARGUMENT.



VM duo quedam in animo potissima sint, cognitio & affectus, cognitionem quidem sophistæ sub veritatis specie ad falsa detorquent, affectum verò populares poetæ sub concinnæ voluptatis esca in dissonas perturbaciones sepe precipitant. Oratores denique populares tunc cognitionem falsis decipiunt coniecturis, tum affectum in motus varios concitant, Quapropter cum horum opera mentes hominum, tum falsis opinionibus, tum perniciosis affectibus egrotare cogantur, Plato humanorum medicus animorum nos à sophistis quidem omnino, ab oratoribus quoq; atque poetis quodammodo procul abducit. profecto sophistas & undique & omnes exterminat. poetas autem neq; omnes, sed illos qui vel turpia de dijs & singulis dicentes assuefacere, sed & diuinis hymnos canere, & leges patrias magnorumq; gesta virorum grauius recensere. Sed vt reuertamur ad oratores, hos quoq; non omnes Plato vituperat, sed eos duntaxat, qui ad id incumbunt assidue, vt quicquid libuerit, quacunque valeant ratione audientibus persuadeant absq; delectu, sine malum, id est, siue bonum, seu falsa sit ratio seu uera, vel commiseratio, vel concitatio, vel coniectura. Quale fuerat Lysias Thebani, atq; Tisias, necnon Gorgias Leontini propositum. Antepone verò alijs Periclem in Phædro atque Isocratem, propterea quod eloquentiam cum philosophia coniunxerint. Additq; legitimum oratorem oportere rerum intelligere rationes, morum leges, verborum vires, naturas ingeniorum, verbaq; certa quadam ratione componere ingenijs audientium quoad fieri potest accommodata, communis boni persuadendi gratia: neque tam ad id incumbere, vt ea quæ dicit hominibus gratia sint, quam vt accepta deo. Eum verò qui Tisias Gorgiasq; more non veritatem ipsam atque iustitiam, sed coniecturam turba duntaxat verisimilem probabilemque sequitur, tanquam hominem ciuitati ante alios noxium detestatur, quasi eloquentia sine sapientia sit ensis acutus in manibus furiosi. Duos autem exagitat ante alios, Lysiam quidem in Phædro, hic verò Gorgiam. Nam quanto maioris autoritatis erant, tanto periculosiores erant. Adducitur hic in medium & Polus orator Gorgias sectator, & Callicles eorum astipulator. Socrates autem primo per Chærophontem agit familiariter suum, & id quidem aduersus Polum. Deinde ipse per se contra Gorgiam. Quoniam verò hi in aliarum rerum rationibus assignandis apud populum mirum in modum gloriari solebant, ostenditur eos, vt ipsis omnis adimatur fides, nescire suæ professionis rationes afferre. Interrogatus enim Polus quæ sit ars Gorgias, cum debuisset eam solum per necessaria definire, & quæ sit explicare, per superflua circumscripsit & qualis, & id quidem affectato nimium stylo, quo vti consueuisset, in Phædro, ubi de oratorum stylis agitur, confirmatur. Deinde interrogatus ipse Gorgias quæ sit ars eius, inepta quadam iactantia respondit esse rhetoricam. Rogatur deinceps quid sit rhetorica definire. Meminisse verò debemus rem quamlibet in eo quod ipsa est, partim quidem cum rebus alijs conuenire, partim verò differre: atque id per quod conuenit nominari genus: per quod discrepat, differentiam. hinc fit, vt definitio quæ id ipsum quod res est comprehendat, per genus eiusmodi, differentiamque debeat assignari. Gorgias ergo vixit qui artem suam nesciat definire, genus ipsius & id quidem inepte profert. Differentiam verò quam mox in eadem restitutione nã cum genere debebat adducere, vix tandem post multa

tas interrogaciones extorquente Socrate in medium afferre compellitur. Principio respondet rhetoricam esse artem circa sermones. Et quoniam alie quoque sunt similes, interrogatur circa quos qualisue sermones, ut qua in re ab alijs artibus differat, discernatur. Respondet autem circa sermones qui dicendi vim præstant. Iterum id alijs artibus est commune. unde rursus adiungere cogitur, rhetoricam versari quam plurimum circa sermones, vimque dicendi. Sed quoniam id quoque commune cum multis, urgetur iterum addere circa sermones, scilicet de rebus maximis. Cum vero & id commune, iam nescio quid distinctius afferre compellitur, id est per oratoriam nos consequi ut nulli seruiamus, sed alijs dominemur, atque esse oratoriam artem persuasionis pro arbitrio effectricem. Interea Socrates admonet, ut in disputando non tam ad personam quam cum disputatur, quam ad rem ipsam & sermonem & animum intendamus. Deinde vero quoniam omnis ars aliqua de re persuadet, queritur qua de re, & qualis sit rhetoris persuasio. Mox in duo distinguitur persuasio. In eam scilicet quæ scientiam, & in eam quæ facit fidem. Concluditurque oratoriam persuasionem non scientiam afferre, sed fidem, non circa quolibet proprie, sed circa iusta atque iniusta, non ubique, sed in turba potissimum, ac de rebus quæ præcipue ad rem publicam pertinent. Additur quietiam oratorem de rebus insuper ad artes alijs proprie pertinentibus suadentius quam artifices ipsos posse loqui, non quidem inter artium ipsarum peritos, sed imperitos. Inter hæc admonemur ne potentia vniquam arteque abutamur. Item ne in disputando ubi ad veritatem percipiendam necessaria est tranquillitas, perturbemur. Rursus æquo animo atque libentissimo redargutionem esse recipendam, præsertim in moribus corrigendis. Nihil deterius enim esse quam de moribus falsa sentire. Post hæc cõcedit Gorgias non pertinere ad oratorem scire qua ratione res ipse se habeant, sed machinationem quandam sic ad persuadendum excogitare, ut ipse quamvis ignorans, tamen apud ignorantes magis intelligere quam ipsi scientes apparent, officiumque eius esse, de quolibet in turba streuente loqui non docendo, sed persuadendo. Concedit quoque oratorem scire id debere & posse quod sit verisimile, etiam si id quod verum est nesciat. quod quidem fieri nullo modo potest. Nisi enim rem ipsam cognoveris, nunquam quid illius simile sit, agnosces. Proinde queritur utrum sicut ad oratorem alia scire non attinet, ita neque etiam quid bonum, honestum, iustum sit intelligere. Gorgias vero cum alijs dixerit, oratorem ad hæc atque illa similiter se habere, hic sibi repugnans, scire hæc saltem oportere consensit. Hinc Socrates argumentatur. Si orator scit iusta, ergo est iustus, tentans videlicet Gorgiam nunquid vim consequentia tenuerit. Ille vero admittit statim, cum proprie in scientijs artibusque ad intelligentiam pertinentibus id sequatur, sit astrologica vel fabrilis, ergo astrologus est vel faber: in ijs tamen quæ ad voluntatem moresque pertinent non sequatur, scit iusta, ergo iustus. Opus enim ad iustitiam est voluntate. Veruntamen si quis diuinam quandam de iustitia scientiam habeat, quod quidem spirante deo fieri quandoque posse Plato vult, recte sequatur. Quisquis enim certissimè sciuerit quantum bonum iustitia sit, quantumue præmium maneat: atque contra quantum iniustitia malum, quantumue huic supplicium debeatur: is proculdubio iniustitiam fugiens, iustitiam complectetur. Quacunque vero ratione sese res habeant, Gorgias sibi met cogitur contradicere. Quippe cum in superioribus, oratorem iniustum esse aliquando posse concesserit, hic vero neget. Post hæc Socrates ex arrogantia Poli sub quadam ironia & iuniores improbat, siquando seniores corripiant arroganter, & præcipit omnibus ut emendari à quolibet facile patiantur. Cæterum ut quæ sequuntur plane intelligantur, aduertendum est, oratoriam vel in genere, vel in speciebus, posse considerari: atque in genere quidem definiri, industriam ad persuadendum in materia civili promptissimam, tum quadam probationis facultate, tum vel maxime eloquij gratia. Ideoque inter artem quandam differendi poeticamque esse quodammodo constitutam. Hactenus oratoria intellectui quidem bonum est, voluntati vero neque bonum est neque malum. Huius autem duæ sunt species, philosophica, & popularis siue adulatoria: illa bonum, hæc vero malum. Illius quidem finis est, certis rerum, verborum, morum rationibus, audientes ad commune bonum perducere. Quam maxime laudat in Phædro ex philosophia poesim grauiori compositam. Alterius autem finis est, per coniecturas turbe verisimiles, concitationesque animorum, quodcumque libuerit imitari. Hanc inter sophisticam vulgaremque poesim ponimus ex utrisque permixtam, quam in hoc dialogo detestatur. Diuidit autem artes ipsius hominis proprie curatrices in duo præcipue genera. Quorum primum curat animum, secundum vero corpus. In animo legalem facultatem ait legum conditricem morumque moderatricem, animum ipsum in habitu quodam naturæ consentaneo formare

atque stabilire: artem vero iudicalem animum, siquando hinc lapsus fuerit, restituere. In corpore quoque geminas ponit artes, similiter corporis curatrices, gymnasticam quidem huius exercitandi magistratam in bona ipsius habitudine pro viribus confirmantem. Medicinam vero corpori amissam sanitatem restituentem. Quapropter qualis est legalis in animo, talis in corpore videtur esse gymnastica. Item qualis iudicialis in animo, talis in corpore medicina. Has omnes appellat artes, quia certa ratione perducant ad bonum. Subdit naturam quandam siue peritiam, adulatoriam, seruillem, atque fallacem, quæ falsos has quattuor emulacuram, per sophisticam quidem simulat legalem, per oratoriam scilicet vulgarem singit iudicalem, per fucatoriam præ se fert gymnasticam, per coquinariam medicum representat. Totum vero hoc adulandi genus negat esse artem, quia non ratione certa ad verum bonum, sed lenocinijs contendit ad gratiam. Sed ne quis existimet Platonem longe omnium eloquentissimum legitimam eloquentiam coquinariæ comparare, legat Phædrum, in quo & eam probat, & finem officiumque & præcepta eius subtilissimè tradit, asseritque ipsam esse similem medicinæ. Quoniam vero Polus oratoriam vim extollens, oratores ait ex eo maximam habere potentiam, quod pro arbitrio valeant aduersarios carceri mortique damnare, vel expoliare bonis, vel urbe priuare: Socrates duobus potissimum argumentis probat iniustos non esse potentes. Primo quidem, quoniam potentia exoptanda est vnicuique tanquam bonum: constat vero licentiam quodcumque libuerit faciendi, iniustus hominibus veluti mente captis non modo non bonam esse, sed malam, atque tandem perniciosam. Deinde maxima potestas esse posse id ipsum quod velis efficere. Patet autem omnes verum velle bonum. At malos verum bonum vel agere vel consequi nunquam. Adde quod mala mens eo ipso quod mala est, discors in seipsa & in seipsa censetur, iamque ab his quæ afferuntur sensibus superata. Quis ergo dixerit mentem & languidam & more mancipij suis seruientem mancipijs, esse potentem? Interea humana omnia distinguuntur in tria, scilicet in bona, malaque, & media. Bonorum primum est sapientia. Secundum, optanda corporis habitudo. Tertium, fortune commoditas. Sed hæc duo eatenus iudicantur bona, quatenus commodum menti exhibent ministerium. Horum vero opposita dicuntur mala, sed horum media tanquam indifferentia sunt, quæ non magis ad bonum declinant quam ad malum, & ire, selesse, atque similia. Additur neminem velle aut mala, aut media, aut ea quæ agit proprie, imò duntaxat ea quorum gratia mouetur & agit. Non ergo qui iniurias faciunt, ipsas volunt iniurias, sed bonum cuius gratia faciunt. Bonum vero non consequuntur, non assequuntur ergo quod volunt: Non ergo potentes. Deinceps vero Socrates ex errore Poli communi cum multis nactus occasionem sancta nobis tradit præcepta. Cui peccare grauius licet, prope miser est, qui peccat grauius iam est miser: qui peccati non luit penas, est miserior. Iniurias pati eligendum est potius quam inferre. Licentia quodcumque libuerit faciendi non est potentia, nisi id nobis sit denique conducturum. Conducat autem iuste duntaxat vilitibus. Iniusti etiam si totius orbis imperio potiantur, infelices sunt, imò infelicitissimi. Quo enim magis peccare licet, & quo minus peccati datur pena, eo infeliciores habentur. Felicitas in sapientia iustitiaque consistit, infelicitas in contrarijs. Quoniam vero Polus veritatis iudicium quod ad iudicis qualitatem potius quam ad iudicantium numerum referri debet, in quorumlibet testium multitudine collocat, ideo Socrates optimum probandi modum esse respondet, si vnicui in causa testem adduxeris, aduersarium scilicet ratione conuictum: alioquin coaceruatam vnicuique testium multitudinem, parui ad veritatem esse momenti. Præterea quia Polus ait iniuriam quidem facere turpius esse, pati vero peius: Socrates id arguit, asserens idem in rebus humanis moribusque, bonum esse atque pulchrum siue honestum: idem malum atque turpe. Deinde id ipsum pulchrum vel propter voluptatem, vel vilitatem, vel vtrunque puta existimari, turpe vero contris. Hinc argumentatur: si facere iniuriam turpius est quam pati, non ex eo quidem quod sit molestius, ex eo igitur quod sit damnosius. si ita, ergo deterius indicatur. Mox adiungit oportere seipsum rationi tanquam medico curandum committere. Affirmat quoque iustam peccatorum punitionem, ei qui punitur, prodesse plurimum. Hæc enim si iusta est, ergo pulchra atque honesta. Si ita, ergo bona: si bona, confert animo, videlicet tanquam medicina corpori, multoque magis, à morbo enim animi liberat, qui grauissimus est morborum omnium atque malorum. Inter hæc animaduertere theologorum sententiam, nihil magis necessarium esse vtiliusque peccatoribus quam confiteri peccata, affici penitentia, penas à iudice petere, æquo animo ferre ut purgetur animus, antequam insanabilis morbus eius euadat.

Post hoc audies facillimum esse nobis affectum illi nostrum significare qui simili labore affectu. Item Socratem philosophia amore captum illi semper obtemperare. Præterea eligendum potius esse, ut cetera nobis dissonent omnia, quam ut animus intra se dissonet. Proinde ubi Callicles Socratem corrigit quasi argutiarum nimium studiosum, intellige sub persona Socratis Sophistas à Platone redargui. Tangit postea Callicle. Trasymachi multorumque prophetarum opinionem, dicentium mores & leges non naturæ ordine, sed sola hominum vel opinionem vel fictione consistere. Quod in libro De re publica & in sequentibus confutatur. Quod vero a stirpe videtur Callicles contra philosophos, intellige non contra legitimos philosophos esse dicta, sed partim adversus ignavissimos sophistarum, partim adversus eos qui philosophia studio abutuntur: dum vel ita solam logicam sectantur, ut partes speculationis alias deserant: vel ita solam speculationem capessunt, ut philosophica morum præcepta instituta; civilia negligant. Nonnulla vero in ipsa Calliclis inveniuntur falsa dicuntur, quæ in sequentibus reselluntur. Post hæc autem præcipitur omnem in anima nostræ examine atque probatione esse diligentiam adhibendam; atque ad id tanquam iudicem animum eligendum esse, in quo sapientia sit rei ipsius qua de agitur, & benevolentia qua libentius consulat, & audacia insuper, per quam quod profuturum putet, non vereatur exprimere. Deinde nos admonet Socrates, cum rationales natura simus, ne irrationali casu & fortuna vitamur, sed certum vitæ finem diligentissime præscribamur, ut ad ipsum eligamus commodiores. Denique dum sapius obsecrat Calliclem, ut ipsum libere audacterque redarguat, admonet nos nihil inquirere impensius oportere quam anima medicinam. His actis Callicles concedit idem esse naturæ potentius validiusque, & melius, atque naturalem iustitiam velle, eum qui potentior est habere quæ eumque inferiorum sunt, eisque donari, legemque illius naturaliter esse iustam. Ad hæc Socrates ita infert: Si idem est potentius validius, atque multitudine validior est quam visus, ergo & potentior atque melior. Multitudinis ergo leges cum potentioris meliorisque sint, iusta naturaliter erunt. At huius leges statuum esse iustum servari inter omnes æqualitatem, atque esse turpius iniuriam inferre quam pati. Quamobrem non solum lege turpius est facere iniuriam quam pati, atque iustum est æquitatem servare, ut in superioribus dixerat Callicles, sed etiam ipsa natura. Præterea quia Callicles in superioribus potentiores illos esse putaverat, qui astutia, audacia, violentia, ceteros anteirent: Socrates paulatim hunc emendat, cogitque fieri potentiorum esse, qui prudentior fortiorque sit ad rempublicam gubernandam. Significat quoque inter hæc secedem semper eisdem de rebus adducere, probans videlicet constantiam, improbandam levitatem. Nam verò Calliclem conatur ultra prudentiam fortitudinemque ad temperantiam quoque perducere. At hic quemadmodum supra Trasymachum imitatus circa iustitiam potentiamque erraverat, ita nunc sequutus Aristippum circa temperantiam similiter errat, eam appellans stupidam ingenij servilis ignaviam, atque in fovendis explendisque sensuum libidinis virtutem asserens felicitatemque consistere. Socrates autem mox ad demonstrandum sese accingit, temperantiam non opinione humana, sed ordine naturæ consistere. Profecto naturalis ordo requirit, ut inferiores animæ partes superioribus pareant, totusque animus consonans vndeque sit & sanus & pulcher, neque agat frustra, sed finem propositum consequatur, qualis est habitus vitæque temperati. Contra vero in homine intemperatio ratio regina hominis servili servit concupiscentiæ, dissonat quoque & languet, opusque inexplicabile molitur, incomparabilique molestia volentem sequitur voluptatem. Id totum Socrates Pythagoreorum præsertim Philolarum & Empedoclis sententiis explicat, duplici præcipue via, scilicet per fabulam & exemplum: in quibus ipse considera, animam in hoc corpore omnem quidem esse mortuam, intemperantem præterea inferis deputari, irrito assidueque labore miserabiliter agitatum, dum quodam perforato vase, id est depravato fallaci; iudicio continè machinatur perforatum quoque vas alterum, id est concupiscentiam inexplicabilem fluentibus oblectamentis implere. Post hæc quia Callicles non solum virtutem, sed etiam felicitatem in assidua libidinis exploratione constituit, affirmatque idem esse voluptatem atque ipsum bonum, dolorem quoque idem atque malum, idcirco Socrates id pluribus rationibus confutat. Prima, consistat voluptatem non esse ipsum bonum, cum sepe & turpissima sit, & turpissimum hominibus adsit. Secunda, bonum & malum utpote contraria in eodem simul esse non possunt. At voluptas & dolor in eodem sunt simul, quando videlicet quis sitiens bibit. tunc enim sitiendi molestia cum bibendi voluptate concurrat. Tertia, bonum & malum si cuti cetera contraria solent, non simul abeunt ab eodem. Voluptas autem dolorque tunc ab eodem simul abeunt, quando quis eo-

dem in tempore dum bibit cessat simul & sitire pariter & delectari bibendo. Quarta, unusquisque præsentia quidem boni sit bonus, mali vero præsentia sit malus. At neque præsentia voluptas boni sunt homines dissoluti neque dolore probi homines mali sunt. Quinimò cum sepe æque gaudeant, aut doleant boni atque mali, & aliquando mali magis gaudeant, & boni magis doleant, certe si voluptas quidem bonum esset, dolor verò malum, sequeretur ut frequenter tam boni quam mali pariter boni forent aut mali, ac non nunquam boni magis mali quam ipsi mali, atque e converso. Inter hæc animadvertit præceptum Socratis observandum, scilicet non esse ad gravissima festinandum, nisi leviora prius fuerit consecutus. Afferuntur demum nonnulla ex quibus confirmare quis possit, voluptatem non esse ipsum per se bonum, propterea quod multa reperiantur voluptates malæ, noxiæ videlicet & animo simul & corpori, nosque à rebus optimis divertentes, quod si voluptas ipsum per se bonum esset, nulla esset mala voluptas. proinde distinguuntur iterum facultates, & quæ velint artes ad bonum vitæque certa ratione procedunt, & quæ tanquam adulationes, nulla veri boni adhibita ratione voluptatem solam occupantur: quarum in numero potissimum & medicam, communemque oratoriam collocat. Tu verò inter desiderandum hanc nota sententiam. Virtutem corporis sanitatemque in ordine quodam & ornatu consistere, similiterque in ordine ornatuque suo animi virtutem atque sanitatem. Ex quo fit, ut quemadmodum virtus corporis vitiumque non in opinione, sed in re ipsa vel naturæ consentanea vel opposita reperitur, sic virtus vitiumque animi non ad humanam opinionem, sed ad naturæ legem diiudicatur. Concludit tandem, quantum naturaliter præstat corpus habere sanum quam ægrotum, tantum præstare similiter temperatum quam intemperatum animum possidere. Præterea confirmatur in sequentibus sententia Pythagorica, omnibus in rebus esse optimam temperantiam. Quæ quidem prima omnium adolescentibus est tractanda, per quam præcedens pueritiæ intemperantia corrigatur, totusque animus temperetur, quam mox sequi ceteras virtutes existimat. Siquidem temperatus erga deum atque homines agit decetia, pius est iustusque & fortis. Deinde concluditur in sola virtute felicitatem, in sola improbitate esse miseriam, omniaque humana ad virtutem velut ad signum certissime referenda. Præterea sicut ad beatitudinem necessaria virtus est, sic & vitiorum castigationem punitionemque necessariam esse, quasi morborum animi medicinam. Denique intemperatum neque hominibus, neque deo, neque sibi meti amicum esse posse. Ut autem naturalem temperantiam excellentiam nobis ostendat, ex Pythagoreorum Orphicorumque mente subiungit, universum temperantiam atque etiam concordiam & iustitiam, quæ continentur in ipsa temperantia, contineri: ideoque, quod Pythagoras, inquit, intemperantiam in omnibus tanquam perniciosissimam esse totis viribus fugiendam. Quoniam verò ad hanc simul atque iustitiam æqualitas præcipue pertinet, æqualitatem in primis præcipit observari, quam asserit in diis & hominibus valere quam plurimum. Æqualitatem, inquam, geometricam, per quam unicuique æqualis ita sit distributio, ut pro capacitate meritisque cuiusque æqualiter distribuatur, æqualiter inquam, id est neque magis neque minus quam vel capacitas vel meritum exigere iudicetur. Æqualitas quidem geometrica in quadam congrua portione consistit. Arithmetica verò in numero utrinque pari. Neque verò eadem est hæc & illa. Sane excessus sex ad quattuor, itemque excessus quattuor ad duo, apud arithmeticum numeros considerantem, est æqualis: per duo enim uterque perficitur. Verum apud geometricum portio iudicem est inæqualis. Nam senarius numerus quaternarius proportionem sesquialtera superat, in qua maior numerus minorem & semel continet totum, & insuper eius dimidium. Quaternarius verò binarius proportionem superat dupla. Eiusmodi verò æqualitate quæ non numerantis more tantum ponderis vii tribuit quantum alteri, sed metuentis ritum, neque magis neque minus quam cuique congruat tribuit unicuique, aut cuncta servari. in hæc etenim & iustitia dei in operibus suis, & hominis ad homines continetur. Viriobique enim pro mensura capacitatis & meriti cuique distribuitur. His dictis asserit theologica fundamenta morum firmissimum esse rationibus confirmata. Præcipue peius esse iniuriam facere quam pati, omnium verò pestimum cum iniuria feceris, non dare penas, quibus quasi medicamentis ab omnium maximo iniustitie morbo animus liberetur. Nullum enim detrimentum manus cogitari posse quam quod animo infertur à vitio, ad eo ut quemadmodum hominem omnino ægrotum corpore non expedit vivere, ita neque cum animo vitio ægro. Item non multi faciendam esse vitam in corpore, sed virtutem, perusque esse seipsum flagitiosos hominibus ob morum similitudinem præstare perfunctum, quam ab illis interseci. Inter hæc admonet ne res illas quarum ignari simus, tractandas aggrediamur.

mur, praesertim grauioribus, maxime publicis. Omnino vero oratoriam parui facit, si nullam posuit vel priuatim vel publice salutem afferre animo, sed corpori duntaxat rebusque ad ipsum pertinentibus consulat. Deridet eos, qui cum diu Reip. tenuerint gubernacula, semper quidem ciuitatem externis bonis auxerint, animos vero ciuium temperantia & iustitia formare neglexerint: quod quidem solum sit legitimum gubernatoris officium. Concluditque non modo non prodesse, sed obesse plurimum ciuitati gubernatores, qui fortuna potius quam animi bonis proficiant. Praeterea potentiam omnem sapientiamque viri in eo consistere, ut animam a peccatis erga deum & homines conferuet intemeratam. Nam huius quidem uitae iacturam leuissimam esse, aeternae vero salutis esse grauissimam. Ceterum ut quae de futuris vel virtutum praemijs vel vitiorum supplicijs Plato affirmat, intelligas, scito Saturnum apud Platonem intelligi superuam intelligentiam, in qua sit vniuersalis omnium lex atque prouidentia circa omnium essentias & vitas ordinisque formarum. Huic autem subesse ordines tres praecipuos numinum, in quibus Saturnia prouidentia in tria potissimum officia distribuitur. Ex his quae numina ad distribuendas essentias proprie subministrant, communi quodam Iouis nomine nuncupat. Quae vero ad vitas suggerendas conferunt, appellatione Neptuni. Quae ad formarum ordines distribuendos, nomine Plutonis appellat. Prometheum vero numinum grauidum hic aliquanto inferiorem, qui formalem ordinem naturae duntaxat rationali praesertim in hac vita distribuit. Denique tres Iouis filios, Asiae, Europae, Africae iudices, tria vult intelligi numina ad id maxime ministra Iouis atque Plutonis, ut formalis ordo iustitiae in separatis a corporibus animis expleatur. His autem animaduerte diuinam legem debiles vitiorum maculas certis temporibus puniendo diluere, indelebiles vero penes sempiternis affligere. Quod quidem transmigrationem animarum per corpora sempiternam improbare videtur. Quod autem dicit quondam errauisse iudices in viuentibus iudicandis, duo nobis significat. Primum quidem non diuinum, sed humanum circa virtutes & vitia iudicium decipi. Secundum vero, diuinam prouidentiam in seipsis praeuidisse iudicia fore falsae, si a viuentibus in hoc corpore viui iudicarentur. Ideoque non ex quodam tempore, ut verba sonant, sed ab aeterno, iudicium post hanc vitam fieri statuisse. Interea memento animam vitiorum virtutumque affectiones & habitus secum ferre. Denique Socratem haec penitus affirmare, nihilque aliud expauescere, nisi eiusmodi animae detrimentum, iudicis quae diuini conspectum. Propterea concludit in nullo certamine nobis acrius quam in hoc contendendum, ut purissimam iudici cuncta insipientem animam offerre potissimus: ceteraque omnia quae homines admirantur, esse penitus contemnenda, solaque ex omnibus honoranda, quae ad salutem animae conferant sempiternam.

**CALLICLES, SOCRATES,**

CHAEREPHO, GORGIAS, POLVS.



Occasio dia logi. Proverbiū. Post festum venimus tardius.

IC ad bellum et pugnam cum itur, o Socrates ferunt esse cunctandū. s. o. c. Nunquid post festum, ut dici solet, Venimus tardiores? CAL. Equidem post festum mire iucundum. multa enim & praecara paulo ante Gorgias nobis exposuit. s. o. c. Tarditatis huius causa hic Charepho, o Callicles, fuit, qui trahere nos moram in foro coegit. CHAER. Nihil id quidem incommodi, o Socrates, fuerit. remedium enim adhibeo, cum mihi amicus, sit Gorgias, qui siue nunc, siue alias maus, nobis eadem demonstrabit. CAL. Quid, o Charepho? num Socrates audire Gorgiam cupit? CHAER. Ob id ipsum certe aderamus. CAL. Quando igitur cum vobis ad me liberit ingredi, licebit, apud me enim dixerit Gorgias, qui aperiet quod cupitis & explicabit. s. o. c. Bene loqueris Callicles. Sed num vellet in praesentia nobiscum differere? Cupio. n. ab ipso percontari, quae nam artis sua vis sit & potentia, quidne ipse profiteatur ac do-

ceat. Caterarū Verò rerum quemadmodum dicit expositionem nobis aliàs afferat. CAL. Haud molesta erit interrogatio Socrates. nam id quod in sua demonstratione continebatur. Iussit ergo paulo ante oēs qui intus aderant, ut quam quisque vellet questionem induceret, se singulis responsurū promittens. s. o. c. Rem certe praecaram naras. Itaque Charepho interrogat ipm. CHAER. Quoniam pacto dicit? s. o. c. Veluti si artifex calceorū foret, responderet certe se coriarium esse. an quod dico nondum etiam intelligis? CHAER. Intelligo sanè, & iam rego abo. Dic mihi, o Gorgia, nū Verè dicit Callicles te profiteri responsurum ad oia, de quibus quilibet sciscitetur? GOR. Verè ait, o Charepho. Nempe modò id ipsum predicabam, atq; adeo nihil noui à me quinquā multis annis percontatum esse dico. CHAER. Haud igitur difficulter respondes Gorgia. GOR. Licet huius rei Charepho periculū facere. POL. Licet per Iouem, sed comodius in me, si velis, o Charepho. nam Gorgias quidē iam in dicendo defessus mihi videtur, ut qui multa paulo ante differuit. CHAER. Quid tu Pole? Nū accuratius te quam Gorgiam responsurū arbitraris? POL. Quoniam Verè respondeat interest, dum modò satis tibi fiat? CHAER. Nihil, quoniā Vis, responde. POL. Interroga. CHAER. Iā interrogo, si Gorgias eius artis peritus esset, quā frater eius Herodicus callet, quo ipsum nomine rectissime nuncuparēmus? Nonne eodem quo illū? POL. Prorsus. CHAER. Medicū ergo uicutes rectè vocarēmus? POL. Ita. CHAER. Si autē eam artem quā Aristopho filius Aglaophotis, aut frater eius, habere perceptā, quem rectè ipsum appellarēmus? POL. Certè pictorem. CHAER. Nunc autē cum artis alicuius peritus sit Gorgias, quem ipm rectè vocabimur? POL. O Charepho, multae quidē artes insunt hominibus ex peritia perite adinuenta. Peritia. n. efficit, ut via nostra per artem incedat, imperitia Verò, ut per fortunam temere circūuagetur. illarum artium alij alias & alias aliter atq; aliter consequuntur, optima Verò optimi, quorū ex numero hic est Gorgias, arte pulcherrima praeditus. s. o. c. Praclare quidem, o Gorgia, videtur Polus ad dicendū instructus. Verūtamen quod promisit Charephonti, non praestat. GOR. Quoniam potissimū, o Socrates? s. o. c. Ad interrogationem quidem non satis respondisse mihi videtur. COR. At tu rursus, si uoles, ipsum rogato. s. o. c. Quod si tu Gorgia respondere mihi nō dedigneris, à te ipso libentius quam à Polo quærerem. Constat enim Polum per ea quae modo respondit, rhetorica quam uocant, magis quam differendi arti operam dedisse. POL. Quid ita, o Socrates? s. o. c. Quia cum interrogasset Charepho cuius artis peritus esset Gorgias, laudasti tu quidē, o Pole, eius artem, quasi quis eam vituperasset, quae Verò illa sit, non exposuisti. POL. Nonne pulcherrimam esse respondi? s. o. c. Prorsus quidem, sed nemo qualis ea esset, quarebat, sed quae nam, & quem oporteret Gorgiam uocari, quemadmodum prius quodammodo à Charephonte fueras instructus, ac pulcher breuiterque illi tu respondebas. Nunc ergo eadem ratione dicas, quae nam ars, & quem Gorgiam simus appellaturi. imò Verò tu Gorgia nobis ostende quem nominari te deceat, & cuius artis peritum. COR. Rhetorica, o Socrates. s. o. c. Rhetorem ergo te appellare debemus?

mus. GOR. Et bonum quidem, si me, quod iacto esse, ut ait Homerus, nominare velis. SOC. Volo equidem. GOR. Nomina ergo. SOC. An dicemus alios quos te facere posse? GOR. Hac equidem non apud vos solum, Verum etiam apud omnes profiteor. SOC. Sed nunquid velles Gorgia quemadmodum incepimus disputatione peragere: partim quidem interrogando, partim etiam respondendo, prolixitatem illam verborum, qua uti ceperat Polus, in aliud tempus reservans? Verum quod mihi promiseris observato, atque ad interrogata quam brevissime respondeo. GOR. Sunt quidem, o Socrates, quadam longioribus verbis necessario exequenda, operam tamen dabo, ut quam brevissime tibi respondeatur. Hoc ipsum namque ex his est quae profiteor, neminem compendiosius merem eadem explicare posse. SOC. Hac mihi Gorgia opus est brevitate, hancque mihi comonstres oro: copiam vero aliud in tempus differo. GOR. Faciam equidem ut neminem dicas unquam te audivisse me breviorum. SOC. Age iam, rhetorica artis te habere scientiam dicis, aliosque posse rhetores facere: ipsa vero rhetorica circa aliquid versatur, veluti textoria circa uestium confectio. Nonne? GOR. Ita. SOC. Nonne et musica circa melodia perfectionem? GOR. Sane. SOC. Per Ionem, o Gorgia, responsiones haec tuae mirifice me oblectant, quando eas quam brevissimis absolvit. GOR. Spero me tibi in hoc notis satisfacturum tuo. SOC. Recte ais. Sed et de rhetorica similiter responde: quorumnam scientia sit. GOR. Sermonum. SOC. Quae lium, o Gorgia, sermonum? Num eorum qui ostendunt qua victus ratione agrotantes conualescere possint. GOR. Non. SOC. Non igitur circa sermones omnes versatur rhetorica. GOR. Nequaquam. SOC. Veruntamen circa eos qui dicendi facultatem praestant. GOR. Proculdubio. SOC. Nunquid rhetorica in quibus dicendi, in eisdem et intelligendi vim praebet? GOR. Quidni? SOC. Nonne medicina de qua modo dicebamus, efficit ut agrotantium curationem et intelligere, et differere etiam de ea queamus? GOR. Necesse est. SOC. Et medicina igitur, ut apparet, circa sermones versatur. GOR. Sic est. SOC. Eos videlicet qui ad morbus pertinent. GOR. Maxime. SOC. Nonne et gymnastica circa sermones est de bona malae corporum habitudine? GOR. Certè. SOC. Atqui et aliae artes, o Gorgia, eadem ratione se habent. Qualibet. n. earum versatur circa sermones eos qui ea de re habentur in qua ipsa occupari solet. GOR. Apparet. SOC. Cur ergo artes alias non appellas rethoricas, cum circa sermones sint? si quidem hanc ipsam quae sit circa sermones rhetoricam constituis. GOR. Quia ceterarum quidem artium scientia omnis, o Socrates, circa manuarum opera actionesque huiusmodi, ut ita dixerim, versatur. Rhetorica vero nullum est opus eiusmodi, se ois actio eius atque potestas in dicendo consistit. Unde rhetoricam esse arte circa sermones arbitror, idque recte dicere me assero. SOC. Intelligo quam velis eam dicere, forte vero clarius comprehendam. Sed responde: sunt nobis artes, an non? GOR. Sunt. SOC. Ex oim numero artium alias esse arbitror, quae in opere plurimum versantur, verbis aut parum admodum indigent: alias vero quae nullis, sed etiam per silentium perfici possunt: quemadmodum ars pingendi, et statuaria, et aliae multae. Ex tali numero negare videris esse rethoricam. GOR. Recte admodum, Socra

tes, accipis. SOC. Aliae praeterea artes sunt quae verbis totum peragunt: opere vero aut nullo, ut ita dicam, aut certe per exiguo opus habent. Qualis est arithmetica, computatoria, geometria, et tesserarum talorumque ludus, et aliae multae artes: quarum quaedam verba actionibus formae adaequant: plurimae ipsae etiam superant, atque omnino omnis earum actio ac vis in eiusmodi verbis consistit. Talem aliquam videris mihi rhetoricam dicere. GOR. Et verè videor. SOC. Attamen harum nullam arbitror te rhetoricam appellare, quamvis dixeris artem in dicendo vim habentem esse rhetoricam. Nam si quis cavillari vellet, sic argumentationem susceperet. Ergo arithmetica rhetoricam nuncupas? Non opinor tamen te vel arithmetica vel geometriam rhetoricam dicere. GOR. Verè putas Socrates, et recte quae dico capis. SOC. Age, nunc et tu responsonem quam petelam perfice: cum rhetorica sit ex earum numero artium, quae ut plurimum verbis utuntur, sint vero et aliae tales, conare nobis exprimere, quae nam ars et circa quid in dicendo vim praecipuam habeat rhetorica. Veluti si quis in artibus quas supra commemorabam, me interroget, quae nam illarum diceretur arithmetica: responderem utique, veluti tu modo aiebas, eam esse earum ex artium numero, quae verbis plurimum assentuntur. Ac si rursus percontaretur, circa quid versatur, dicerem circa parvis imparisque cognitionem, quot utraque sint. Quinetiam si requiratur iterum, computatoriam vero artem quam appellem, respondebo hanc quoque inter eas artes connumerari, quae totum verbis absoluunt negocium. Rursus si roget circa quid versetur, respondebo eorum more qui decreta conscribunt in populo: videlicet computatoriam praeterea quidem ab arithmetica nihil differre. Nempe circa idem utraque, par scilicet atque impar versatur: sed in hoc dissimiles, quoniam computatoria consideret par et impar, quam et ad se et inuicem quantitates consistant summam. Praeterea si quis me dicente astronomiam in earum artium genere collocari quae totum verbis absoluunt, rursus percontaretur circa quid potissimum tendant astronomiae verba: subicerem circa astrorum motum solisque et luna, quae inuicem ratione illorum se habeant cursus. GOR. Recte profecto, o Socrates responderes. SOC. Age iam et tu, o Gorgia. Profecto rhetorica ex illis est artibus quae verbo tractant omnia et perficiunt. Nonne? GOR. Profecto. SOC. Dic ergo quid ex omnibus id sit potissimum, de quo hi sermones habentur, quibus utitur rhetorica? GOR. Maxima et optima rerum humanarum negocia. SOC. Atqui et hoc quoque ambiguum est Gorgia, nec illo modo clarum. Arbitror equidem te cantilenam illam quae circum in convivijs canitur audivisse, in qua cantores ita connumerant: Optimam rem esse omnium prosperam esse valetudinem, Secundo egregiam formam, Tertio divitias, ut ipsius poetae verbis utar, nulla fraude consistas. GOR. Audi nisi sane. sed quorsum haec? SOC. Quonia subito tibi rerum quae in ea cantilena laudantur artifices occurrerent, medicus videlicet et paedotriues, et nummator, primusque statim diceret medicus. Decipit te Gorgias, o Socrates. Non enim ars eius ad maximum hominum bonum spectat, sed mea. ubi si ego ab eo quisnam sit ipse perquiram, diceret forte esse se medicum. Quid ais ego? An tuae artis opus maximum est bonum? Quid ni? responderet, cum opus eiusmodi sanitas sit, nihil vero sanitate sit praestant

Optimum bene vale- re. Secundum formosum esse. Tertium ha- bere divi- tias nulla fraude qua- situs.

Musica cir- ca melodi- e perfectione versatur. Prima defi- nitio mala.

stantius. Post hac forsitan pædatriues vehementer admiretur num plus inesse boni in tua quam in ipsius arte comprobare possis. quem si ego rogarem: & tu qui es? quod tuum est opus? Pædatriues sum diceret: est autem mea professionis corpora hominum formosa robustaque reddere. Deinde vero nûmator ceteros, ut puto, contemnens, sic obijciat, Animaduerte Socrates, an diuitijs excellentius vltimum esse bonum existimes, vel apud Gorgiam vel apud alium quemlibet. eum ego in hunc modum rogare, Tunc ergo tanti boni es autor? Esse vero se affirmaret. Quisnam es ergo? nûmator sum. quid vero? putasne summum hominibus bonum esse diuitias? Quidni putet? inquit. Ego vero ita subijciam, Hic tamen Gorgias cõtendit artem suam maioris boni causam esse quam tuam. Constat itaque cum post hac interrogaturum, Quidnam istud est bonum? demonstrat ipsum Gorgias. Quamobrem age mihi Gorgia, finge te & ab illis, & à me sic esse interrogatum, atque responde: quidnam est istud quod ipse maximum hominibus bonum esse censet, teque autorem eius esse profiteris? GOR. Quod est, o Socrates, maximum reuera bonum, & causa ut & ipsi liberi simus, & ceteris in nostra parte Repub. dominemur. SOC. Quid ergo istud esse dicis? GOR. Posse verbum persuadere, & in iudicio iudicibus, & in consilio consulentibus, & in concione concionantibus, atque in alia qualibet congregatione civili. Tam vero ob hmoi facultatem seruiet tibi medicus, seruiet pædatriues: quæmetiam ipse nûmator, non sibi, sed alteri. i. tibi dicendi & vulgum persuadendi arte prædico, diuitias suas cumulauisse comperietur. SOC. Nunc mihi videris quam artem iudicis esse rhetoricam proximè ostendisse. Ac si rectè te capio, arte persuasionis effectricem aut esse rhetoricam, eiusque oem diligentiam & summam in hoc finiri? An quicquam amplius habes, quod de artis istius facultate referre possis, quam ut persuasione audientium animas afferat? GOR. Nihil aliud habeo Socrates, sed abundè mihi defuisse videris. Hæc enim eius est summa. SOC. Audi, o Gorgia: certum habeto, si quis alius cum alio disputer, volens id ipsum nosse de quo differitur, me quoque ut mihimet persuadeo, esse talem. Iudico autem merito te quoque ita affectum. GOR. Quorsum hæc? SOC. Dicam nunc: haud equidè satis aperte cognosco quænam sit quibusue de rebus illa quam dicis à rhetorica proficisci persuasio. Et quamuis suspicer quam & de quibus ipse dicere constitueris, nihilominus abs te requiram, quæ dicas persuasionem & quibus de rebus à rhetorica fieri. sed & causam huius rei quæ sit quamuis iam ipse suspicer, nihilominus tamen à te petam, potius quam ipse exprimam: profecto non tui causa, sed sermonis ipsius, quo ita procedat, ut maxime nobis id de quo agitur, explicet. Atten de itaque num iuste rursus interrogare te videar. Veluti si percontatus essem, quisnam pictor sit Zeuxis: tuque respondisses à alia pingens: nonne iuste peterem, qualia potissimum à alia, & quo pacto pingat? GOR. Iuste admodum. SOC. Nû propterea quia & alij sunt pictores, alia similiter à alia multa pingentes? GOR. Ob hoc ipsum. SOC. Quod si alius nullus propter Zeuxim pingeret, rectè vndique respondisses. GOR. Quidni? SOC. Age, iam & rhetorica dicas virum sola hac videatur persuadere, an alia quoque artes. Eiusmodi vero quidpiam dico: quisquis aliquid docet, verum quod docet idem etiam persuadeat necne?

Altera definitio Rhetoricas mala.

Translatio disputatiois

GOR. Persuadet profecto. SOC. Rursus autem in eisdem artibus quas paulo ante commemorabamus, ita consideremus. Arithmetica nonne quæcumque ad numerum pertinent, docet: arithmeticusque similiter? GOR. Proculdubio. SOC. Nonne & persuadet? GOR. Certè. SOC. Ergo & arithmetica persuasionem efficit. GOR. Apparet. SOC. Proinde siquis interrogauerit quam persuasionem, & circa quid efficiat, respondebimus, præceptoriam videlicet circa par & impar, quot utraque sint. Poterimus similiter ceteras quoque artes quas modo referebamus, ostendere persuasionis effectrices esse, & cuius & circa quid maximè, nonne? GOR. Ita. SOC. Quamobrem non sola rhetorica persuasionis est artifex. GOR. Vera narras. SOC. Cùm ergo non sola id faciat, sed & artes alia, haud iniuria, quod de pictore, si deinceps de rhetorica quoque percontaremur: qualis persuasionis, & circa quid effectrix sit rhetorica, percontaremur, nonne iusta tibi videtur interrogatio? GOR. Mihi quidè. SOC. Responde igitur, o Gorgia, quandoquidem tibi videtur. GOR. Huius equidem, o Socrates, magistrâ dico rhetoricam, quæ in iudicijs ceterisque alijs ut paulo ante dicebam, atque de iustis & iniustis, adducitur. SOC. Atqui & ipse persuasionem hanc te dicere suscipiebam. sed ne admireris, si deinceps tale aliquid te rursus interrogauerim. quod quamuis videatur esse perspicuum, tamen repetam: nam ut dixi, non tui causa id requiro, sed ut disputatio suo quodam ordine peragatur: ne affuescamus subintelligendo ea inuicem quæ forent discutienda præripere. GOR. Et rectè quidem facere mihi videris. SOC. Age vero & hoc consideremus. num vocas aliquid discere? GOR. Voco. SOC. Quid rursus? aliquid credere? GOR. Et hoc. SOC. An igitur discere idem quod credere esse putas, idemque disciplinam atque credulitatem, an aliud? GOR. Aliud equidem esse arbitror. SOC. Rectè quidem putas. Hinc vero cognosces, si quis enim percontetur, est ne credulitas quædam falsa & quædam vera, ut arbitror, consentires. GOR. Certè. SOC. Quid vero? scititia est vera & falsa? GOR. Nequaquam. SOC. Cõstat igitur non esse idem. GOR. Cõstat. SOC. Veruntamen, & illis qui didicerunt, & illis qui crediderunt, iam est persuasum. GOR. Sic est. SOC. Vnde ergo duas persuasionis species esse ponamus, quarum altera quidem absque scientia præstat fidem, altera vero scientiam? GOR. Prorsus. SOC. Vtram vero persuasionem affert rhetorica in iudicijs alijsque ceterisque de iustis iniustisue rebus? Num ex qua homines absque scientia credunt, an ex qua sciunt? GOR. Perspicuum est ex qua audientes ad fidem adducantur. SOC. Itaque, ut videtur, rhetorica persuasionis eius est artifex quæ credulitatem potius quam doctrinam circa iustum vel iniustum præstat. GOR. Certè. SOC. Orator ergo non docet in iudicijs alijsque turbis iusta, & iniusta, sed fidem dumtaxat inducit. Neque enim posset turbam tantam res tam grandes tam breui tempore edocere. GOR. Non certè. SOC. Age, iam quid de rhetorica dicendum sit, videamus. Ego enim nondum satis quid dicturus sim intelligere possum. quando enim publicè de medicorum electione tractabitur, aut de nauium aliarumue rerum opificibus eligendis, tunc forte consultare ad oratorem non pertinebit. Patet enim in huiusmodi electionibus peritissimum quemque eius

Perfatio duplex. Rhetorica quædam est scientia. Rhetorica quædam est ars. Rhetorica quædam est doctrina. Rhetorica quædam est disciplina. Rhetorica quædam est habitus. Rhetorica quædam est virtus. Rhetorica quædam est scientia. Rhetorica quædam est ars. Rhetorica quædam est doctrina. Rhetorica quædam est disciplina. Rhetorica quædam est habitus. Rhetorica quædam est virtus.

eius artis eligendum esse. neq. rursus cum de construendis muris, vel portuum dispositione, vel navium apparatu consultabitur, oratoris officium erit consulere, sed architecti. Quinetiam neq. cum de eligendo imperatore, aut de exercitu adversus hostes instruendo, aut de occupandis locis deliberabitur: sed ad duces exercitus consultatio pertinebit, ad oratores vero nequaquam. Quid ad hac dicis Gorgia? Nempe cum & rhetor esse profitearis, & alios posse rhetores facere, praestat nimirum ea qua tua artis sunt a teipso sciscitari atq. accipere. Et me quidem nunc rem tuam agere putato. Forte .n. inter eos qui intus sunt, adest aliquis qui discipulus tuus esse cupiat: quales ego quosdam & quidem frequentes sentio: quos hac a te quaerere forte deterret pudor. A me ergo rogatus ab illis quoque hunc in modum interrogari existimato. Quidnam reportabimus, si in tuam nos tradiderimus disciplinam? quibus de rebus Reip. consulere poterimus? nunquid de isto solum & iniusto? an praterca de his qua modo Socrates adducebat? Da operam ergo Gorgia, ut his respondeas. G O R. Conabor equidem tibi rhetorica facultate planius explicare. ipse .n. perbellè ad id nos deduxisti. Scis utiq. hac naualia & moenia Athenarum portusq. dispositionem partim Themistoclis, partim Periclis, non opificum consilio esse constructa. S O C. Peruntur haec o Gorgia de Themistocle. Pericle vero ipse audiui de muro medio construendo civitati persuadentem. G O R. Praterca quoties de electionibus quas tu modo referebas, deliberatur, vides oratores ipsos consulere, eorumq. in his rebus praeferi sentias. S O C. Haec equidem admirans iandudum a te de rhetorica potestate perquiro. Na haec cogitanti mihi diuina quaedam potestatis eius magnitudo videtur. G O R. O si cuncta eius artis perspecta essent tibi Socrates, cernas profecto hanc oes, ut summarim dicam, sub se vires ac facultates complecti, cuius quidem rei magnam tibi asferam argumentum. Saepè iam cum fratre meo alijsq. medicis ad aliquem egrotantium ingressus, cum ille vel pharvacum nollet bibere, vel secundum vrendumue se medico non permitteret, neq. persuaderi posset a medico: ego persuasi non alia quam rhetorica facultate. Quo magis assero, siquam vrbe rhetor accesserit atq. medicus, certeturq. inter eos verbis in concione vel in alio quouis coetu, uter sit pro medico eligendus, rhetor ne an medicus, fore ut medicus quidem nusquam appareat: eligatur aut si modo velit, dicendi peritus. Eademq. ratione si adversus alium quicumq. artificem rhetor decertet, obtinebit ut ipse potius quam alius quicumq. tandem sit eligatur. Nihil enim est de quo non maiori cum persuasione rhetor, quam quisquam artificum vulgo loquatur. Potentia ergo artis huius tanta est atq. talis, decet tamen ita rhetorica uti, quemadmodum & omni alia facultate certandi. Neq. enim is qui pugnis lacerti suae & armis ita pugnare didicerit, ut amicis & inimicis superior possit evadere, ob hoc adversus oes aequè certare debet, ut amicos et percussat, pungat, occidat: nec et per Iouem si quis palaestra exercitatus pugil corporis robur acquirat, deinde parietes aut aliquem alium domesticorum & amicorum pulset: propterea padoctinas & eos qui armis pugnare docent, odio habere, & ex urbibus expellere decet. Illi .n. hac tradiderunt, ut haec ubi didicissent, contra hostes & eos qui inferrent iniuriam vterentur, auerentes videlicet, non infe-

rentes. Nonnulli vero haec peruertunt, ac robore arteq. abutuntur: sed non propterea qui docuerunt improbi sunt iudicandi, neq. ars culpanda malaq. habenda, sed meo quidem iudicio qui sinistre vteruntur: eadem quoq. de rhetorica ratio est. Potest .n. adversus omnes & qualibet de re orator dicere: adeo ut apud multitudinem facile admodum de re qualibet persuadendo fiat superior. At vero si quisquam adeptus rhetoricam, deinde iniuste parta facultate vteratur, non eum qui docuit, odisse atq. vrbe expellere decet: ut qui ad iustum usum tradiderit, hic vero in partem contrariam sit usus. Quapropter eum qui abutitur, odisse, in exilium mittere & interimere et par est: proceptorem vero nequaquam. S O C. Arbitror te Gorgia multis disputationibus interfuisse, idq. in eis iam cooperatum habere, eos videlicet qui inter se disputant, haud facile posse, cum discrepare coeperint, sic abire, ut rem ipsam desinientes se inuicè solum doceant atq. discant: sed si de aliquo contendant, neq. concedant alter alteri, vel vere vel perspicue loquantur, excandescunt, & per invidiam dictum putant, certantes simul, non aut quod erat propositum perquirentes. Nonnunquam vero tandem adeo turpiter discedunt cum iurgijs mutuisq. maledictis, ut et poeniteat pigeatq. auscultantes, quod eiusmodi hoies audiendos putauerint. Sed quorsum haec? dices. quonia non mihi videris satis nunc consentanea & consona dicere his qua prius de rhetorica protuleras. Vereor tamen arguere, ne me arbitreris non tam rei declaranda, quam tui gratia decertare. Quod si ex eorum numero es, e quo rum sum ego, libenter abs te qua institui perquiram. sin minus, dimittam. Verum si quorum ego ex numero sim queras, respondebo ex ijs qui libenter redargui patiuntur, si quid falsum ineptumue dicant, libenter et redarguunt, si quid ab alio minus vere dicatur, quibusq. non minus reprehendi quam reprehendere gratum est. Tatio .n. maius id esse bonum existimo, quanto maius bonum est maximo quodam liberari malo, quam alios liberasse. Nihil enim tam perniciosum hominibus arbitror, quam opinionem falsam, in his videlicet rebus de quibus praesens a nobis sermo est institutus. Itaq. si & te esse talem affirmas, age disputemus: sin vero dimittendum censes, dimittamus tam, coetumq. soluamus. G O R. Dico profecto o Socrates me quoq. eiusmodi esse, qualem modo describebas: sed forte aliorum qui adsunt, ratio est habenda. Tandudum enim antequam vos accederetis, his multa narraui. Et nunc forte si disputare pergamus, mora longior protrahetur. Quobrem cauendum est, ne hos au aliud facere quidpiam instituunt, detineamus. C H A E R. Clamorem Gorgia & Socrates dissertationi huic interesse cupientium auditis. mihi certe nullum negocium tanti sit, ut disputationi huic a vobis instituta quid aliud anteponam. C A L. Per Iouem o Charepho ego quoq. cum multis disputationibus interfuerim, nescio an unquam aequè ac nunc fuerim delectatus: ideoq. et si diem totam disputando contruerint, erit mihi pergratum. S O C. Atqui o Callicles quatum ad me attinet, nihil, modo velit Gorgia, obstabit. G O R. Turpe quidem o Socrates deciceps mihi fuerit, si disputatione delectatus: praesertim cum ab initio iusserim oes de quo quisq. vellet interrogare. Itaq. si placet praesentibus disputa, & quicquid libuerit percipere. S O C. Audi iam o Gorgia quae in tuis verbis admirer. Forte .n. cum tu recte dicas, ego se-

Mos Socratis in disputatione.

Malum maximum hominibus opinio falsa.



eius accipio. aut rhetorem posse te, si quis à te discere velit, efficere. GOR. Aio equidem. SOC. Non ut de oibus in turba probabiliter dicere valeat docendo, sed suadendo. GOR. Ita provsus. SOC. Addebas praterea rhetoricum de sanitate plus quam medicum persuadere. GOR. Dixi profecto, sed in turba. SOC. Idem est itaq; in turba, quod inter ignorantes? Nunquam. n. apud eos qui sciunt, magis quam medicus de sanitate persuaderet. GOR. Vera narras. SOC. Nonne ergo si plus quam medicus persuadendo valebit, scientia et pradicum persuasione superabit? GOR. Oino. SOC. Ipse tamen non medicus. GOR. Non. SOC. Ac si non medicus, ergo & inscius coru q intelligit medicus. GOR. Proculdubio. SOC. Quare imperitus sciente apud nescientes facilius persuadebit, quando rhetor medicu suadendo excellit. itane sequitur? GOR. In his certe ita sequitur. SOC. Nonne in ceteris quoq; artibus rhetor atq; rhetorica se habet similiter: ut ad rhetoris facultate nihil atineat cuiusmodi res sit nosse, sed arte quandam sic ad persuadendu excogitare, ut apud imperitos magis scire quam ipsi rerum singularum artifices appareat? GOR. Nonne magna est hac facultas? eos videlicet qui alias nunquam artes attigerint, sed hanc sola, nihil tamen alijs cognitione esse inferiores. SOC. Vtru orator ob hanc vna facultate ceteros excellat vel superetur ipse, paulo post inquiramus, si quid conducere disputationi videbitur. Nunc aut hoc prius considerare mus, an in iusto & iniusto, honesto & turpi, bono & malo, ita coparatus sit orator, quemadmodum in salubribus atq; alijs q ad alias artes attinent ceteri: ut scilicet vtru bonumne an malum sit quippiam ignoret, pulchrumq; vel turpe, aut iustum vel iniustum: persuasionem vero quandam ita de rebus hmoi machinetur. ut ignoras ipse inter imperitos scire magis quam scientes videatur: an forte necesse est hac eu nosse, oportetq; hac facultate iam parata ad te proficisci qui sit futurus orator. Quod si hmoi rerum scientiam non afferat secum, tu quidem preceptor rhetorice talia non docebis: non. n. tui. i. officij hac ut doceas: efficias aut ut vulgo rerum esse eiusmodi videatur peritus, cu nesciat: appareatq; bonus cu sit minime. An oino rhetorica docere non poteris, nisi prius horu veritate fuerit consecutus? aut quo se modo hac habent Gorgia? pcor per Iouem ut quemadmodu paulo ante cepisti, rhetorice nobis tandem potestatem aperias. GOR. At. n. si forte quis ignoret, eum a me percepturu ea arbitror. SOC. Subsiste, recte. n. dicis: si quem tu rhetore feceris, oportet eu iusta iniustaq; scire, vel antequa ad te accedat, aut postea a te perdiscere. GOR. Omnino. SOC. Quid vero? qui ea que ad fabrica spectat didicerit, nonne faber est? GOR. Est. SOC. Et qui musicam, musicus? GOR. Ita. SOC. Et qui ea q ad medicina pertinet, medicus? Atq; in ceteris eode pacto: quisquis didicerit aliquid, talis euadit, quale cuiusq; scientia reddit? GOR. Omnino. SOC. Nonne igitur per hanc rone iustus erit quicunq; iusta didicerit? GOR. Maxime. SOC. Iustus aut iusta facit. GOR. Ita est. SOC. An non ergo necesse est rhetore esse iustum? iustu vero velle iusta agere? GOR. Apparet. SOC. Nunquam ergo volet iustus iniuriam facere. GOR. Nunquam. SOC. Rhetoricu quidem necesse est ex pcedenti rone iustum esse. GOR. Necesse. SOC. Reminiscere te paulo ante dixisse, no oportere padotrias criminari atq;

expellere: si quis pugil certamine pugilatorio male utatur, inferatq; iniuriam: atq; eodem pacto, si quis orator iniuste utatur rhetorica, no illum qui docuerit esse accusandum & expellendum, sed iniusta agentem, neq; rhetorica recte utentem. Distane hac sunt, an non? GOR. Dicta. SOC. Nunc aut ipse orator nunquam videtur facturus iniuriam. GOR. Nunquam. SOC. Atqui in superioribus dictum est, circa sermones versari rhetoricam, non de pari quidem & impari, sed de iusto atq; iniusto. GOR. Certe. SOC. Ego igitur cum tu hac diceres, rhetoricam nunquam esse rem iniustam, existimavi, que semper de iustitia verba faceret. Postqua vero paulo post diceres, si orator iniuste rhetorica uteretur: statim admiratus, atq; ratus non esse consentanea inter se que abs te dicebantur, hunc protuli sermonem: ut si redargui non inutile fore putares, veluti ego puto, operaprecium foret ut differeremus: sin minus, dimitteremus. Deinde vero re propius pensiculata, ut te non latet, in confesso fuit, fieri non posse ut rhetor rhetorica utatur iniuste, veliq; iniuriam inferre. Ad hac aut satis qua ratione se habeant discernenda, per canem Gorgia non parua opus fuerit diligentia. POL. Etiamne autem sic de rhetorica statuis, ut nunc ais, an aliter? an magis putas Gorgiam pudore quodam adductum concessisse tibi rhetorem iusta, honesta, & bona etiam nosse: tum si quis earum rerum imperitus ad ipsum accedat, cu se esse docturu? Ex qua forsita concessione deinde contrarium aliquid in disputando secutum est. Hoc tu quidem nimium studiosè captas o Socrates, dum interrogando ad hmoi responsa perducis. Nam quem arbitraris negaturu fuisse tibi iusta se scire, aliosq; esse docturu? Verum magna rusticitas est ad hac interrogando deducere. SOC. Ob hanc ipsam causam pulcherrime mi Pole amicos nobis & filios comparamus: ut si quando in senectute peccemus, iuniores vos presentes vitam nostram & verbis & operibus corrigatis. Et nunc si quid me & Gorgiam in disputando fessellit, ipse presens emenda. Sic. n. debes, atq; ego lubens tibi permitto, ut si quid eoru qua concessa sunt, non recte concessa putes, id tuo arbitratu permutes, dummodo mihi id vnum dentes. POL. Quid hoc o Socrates. SOC. Prolixitatem sermonis illam quam ab ipso disputationis initio inceptabas. POL. Quid ita? nonne mihi quantum voluero loqui licebit? SOC. Graui nimium iniuria afficereris o Pole, si profectus Athenas vbi totius Græcia maxima est loquedi libertas, solus ipse hoc in loco potestatem loquendi pro arbitrio non haberes. At e diuerso, videlicet si te prolixè loquente, neq; volente ad interrogata respondere, non liceret abire mihi, teq; audire nolle: nonne ego quoq; grauius paterer, si non abire mihi, tuaq; orationi auscultare nolle permitteretur potestas? Verum si qua tibi disputationis huius est cura, eamq; corrigere voles, quemadmodum modo dicebam, retractans quod tibi retractandum videtur, rogansq; vicissim atque respondens, ut ego Gorgiasq; fecimus, redargue me, ac te redargui patiare. An autem te quoque scire, que & Gorgias se scire proficetur, affirmas? POL. Dico equidem. SOC. Et iubes ut de quo quisq; velit, a te qrat, tanquam ab hote qui respondere sciat? POL. Certe. SOC. Nunc ergo alterutru tuo arbitratu facias, vel quare, vel responde. POL. Faciam equidem, atq; mihi responde o Socrates: quando Gorgias circa rhetoricam

Rhetorica  
ars nulla ē.  
Rhetorica  
est peritia  
gratiā quā  
dā volupta  
tēque pa  
riendi.

toricam tibi non satisfacit, tu ipsam quā esse dicis? SOC. Interrogasne quam artem esse putem? POL. Id ipsum. SOC. Nullā dō Pole, ut Vera tibi loquar. POL. Quid igitur tibi videtur esse rhetorica? SOC. Res quam tu dicis fecisse arte in eo libro quem nuper legi. POL. Quidnā dicis? SOC. Peritiam quandā. POL. Peritia ergo tibi videtur esse rhetorica? SOC. Mihi quidē, nisi tu aliud dixeris. POL. Cuius videtur rei peritia? SOC. Gratiā quandā voluptatemq; pariendi. POL. Nōne igitur pulchrum quiddam existimas esse rhetoricā, cum apud hōes comparare gratiā possit? SOC. Quid, dō Pole? audisti etiam quid illam esse dicam, quid deinceps interrogas? POL. Nōne te audiui dicentē esse peritiam quandā? SOC. Visne igitur, quandoquidem gratiā magni facis, paulum quid mihi gratificari? POL. Volo. SOC. Interroga me nunc, quam artem esse coquinariā putēs? POL. Ecce interrogo: quānam ars coquinariā est? SOC. Nulla. POL. At quid? SOC. Peritiam quandā esse dico. POL. Quānam peritia est? SOC. Gratiā voluptatemq; pariendi. POL. Idēne est coquinariā atq; rhetoricā? SOC. Nullo pacto, sed eiusdē studij particula. POL. Cuius studij? SOC. Vereor ut sit dicitur veritate dicere Gorgia causa, ne forte me suū vituperare studiū arbitretur. Ego. n. Verū hac rhetorica sit quā Gorgias exercet, nescio: nā ex hac disputatione nihil nobis patefactū est, quid tandē ipse putes. Sed quod ego appello rhetoricā, rei cuiusdā particula est nequaquā honesta. GOR. Cuiusnā Socrates? dic age, nihil mea causa veritus. SOC. Videtur mihi studium esse quoddā, nō artificiosum quidē, sed sagacis animi aptiq; natura atq; potentis ad humanā consuetudinē sibi conciliandam. Appello autē summam caputq; eius adulationem. Huius autē studij multa videntur mihi esse mēbra. Vnū quidem coquinariā, q̄ quamvis esse ars videatur, meo tamē iudicio nulla est, sed peritia quādā vsu cōperta. Eiusdē præterea particulam rhetoricam quoq; esse dico, & fucatoriā, quā mangonica dicitur, & sophisticam. Has utiq; particulas quattuor, ad res quattuor pertinere. Si ergo Polus querere vult, querat. Nondum. n. audiuit qualem adulationis particulam rhetoricā esse dicam: nec aduertit ad id me nondum respondisse. Itaq; interrogat utrum pulchram existimē, necne. Ego vero utrum pulchrum aliquid vel turpe rhetoricam esse rear, non prius respondebo, quā quid ipsa sit, aperuerim. Non. n. aliter respondere decet Pole. Quod si audire voles, percontare qualem adulationis particulam rhetoricam esse dicam. POL. Quæ iam abs te, qualis particula? SOC. An me respondente perdisces? Est, ut opinor, rhetorica particula civilis simulacrum. POL. Quid ergo? pulchrumne, an turpe quiddam ais esse? SOC. Turpe: siquidē mala esse turpia dico, quandoquidē tibi, tanquā eorum q̄ iam dico non ignaro, me respondere oportet. GOR. Per Iouem non satis quæ dicis, intelligo. SOC. Nec iniuria quidem Gorgia, nondū. n. satis expressi. Polus autē iste iuuenis est. GOR. At hunc mitte, mihi verò respōde quo pacto dicam rhetoricā civilis particulæ simulacrum esse. SOC. Conabor exprimere quid mihi videatur esse rhetorica. Sin verò aliter se habeat negociū, Polus iste redarguat. Corpus appellas aliquid atq; aīam? GOR. Quidnā. SOC. Horum verò nōne putas aliquā veriusq; bonam habitudinem?

GOR. Puto equidē. SOC. Præterea habitudinem aliquā apparere bonam, cum minimē sit? Dico autem nonnihil eiusmodi: multi corpus benē affectum habere videntur: quorum malam valetudinem habitudinemq; haud facile quisquam præter medicum, gymnasiq; magistrū depræhendat. GOR. Vera narras. SOC. Tale quiddam & in corpore & in anima esse dico, quod quidē facit ut & corpus & anima recte valere videantur, cum non benē se habeant. GOR. Ita est. SOC. Age verò si potero, clarus quod dixi, explicabo. Cum res duæ sint, artes esse geminas arbitror: & artem quidem ad aīam pertinentē, civilem nuncupo: eā verò quæ ad corpus, nōne vno nomine nō possum: sed huius artis vnus quæ curat corpus, duas pono particulas: alteram quidem gymnasticam, alteram medicinam. In civili verò nomotheticam, scilicet conditricem legum pono correspondentem gymnasticæ: et iustitiam scilicet iudiciariam, medicinam quodammodo referentem. Communicant verò inuicem, ut potē q̄ circa idem sunt, medicina atq; gymnastica, rursusq; iudiciaria atq; legalis. Veruntamen inter se etiam differunt. Cum verò hæc quattuor sint, semperq; quod optimum current, hæc quidem corpus, illa aīam, facultas adulatoria id sentiens, non cognoscens quidē, sed coniectans, se qua drifariam diuidit, singulasq; subit particulas, simulans id se esse quod subijt. & optimi quidem nullam habet curam, sed semper eo quod dulcissimū est, quasi hamo incautam illaqueat mentem, & vsqueadco decipit, ut plurimi apud eam æstimanda videatur. Medicinam quidē coquinariā subiens, simulat optimos se cibos corpori adhibere. Quāobrem si vel inter pueros, vel viros admodum pueriles contendere oporteret coquum atq; medicum, veter eorum de bonis malisue cibis plus intelligat, medicus quidem fame periret. Id ergo adulationem voco, ac turpē, dō Pole, quiddam existimo: Id enim aduersus te dico. Proptereaq; absque vlla optimi ratione voluptatem aucupatur. Neque artem eam esse dico, sed peritiam quandam, quoniam nullam eorum quæ affert qualia sint natura habet rationem, quo sit ut nullius rei causam possit afferre, quare artem non appello, quæ careat ratione. de quibus tamen si ambigis, rationem me tibi polliceor redditurum. Itaque medicinam, ut dixi, coquinariā adulationis subit, gymnasticam verò similiter fucatoriā, res noxia, fallax, ingenerosa, illiberalis, figuris, coloribus, lineamentis, sensu quodam ita decipiens, ut propter extrinsecum fucum propriam veramque formam quæ sit per gymnasticam, negligamus. Cæterum ne sim prolixior, more geometrico dicam. sic enim forte iam assequeris. Profecto quod fucatrix ad gymnasticam, id ad medicinam est coquinariā: imo verò sic, quod fucatrix ad gymnasticam, hoc sophisticam ad legalem, rursusq; quod coquinariā, ad medicinam, id rhetorica est ad iudiciariam. Veruntamen, ut dicebam, ita natura distinguuntur, ac etiam tanquam propinqua miscentur inuicem in eodem & circa eadem, sophisticæ videlicet & rhetores, nec vilitatem respiciunt aliquā, quam vel pro seipsis, vel pro alijs sequantur unquam. Nam si animus corpori non præset, sed ipsum sibi, neque ab eo perspiceretur, discernereq; coquinariā & medicinam, sed corpus ipsum gratia voluptatē que sua hæc perperderet, illud Anaxagora prorsus accideret, amice Pole.

Quod caret  
rone nō est  
ars.  
Ars omnis  
cum rōne.  
Adulatioes  
subeunt ar  
tes.  
Coquinariā  
Fucatoriā.  
Sophisticā.  
Rhetoricā.  
Medicinā.  
Gymnasti  
ca.  
Legalis.  
Iudiciariā.

Studij qd  
dam inarti  
fiosum de  
scribitur.  
Coquinariā  
rhetoricā,  
fucatoriā,  
sophisticā  
particulæ  
sunt inarti  
fiosū studij  
eius caput  
summa est  
adulatio.  
Rhetoricā  
particulæ ci  
uilis simula  
crum.

Rhetoricam tibi non satisfacit, tu ipsam quam esse dicis? Interrogasne quam artem esse putem? Id ipsum. Nullam dō Pole, ut Vera tibi loquar. Quid igitur tibi videtur esse rhetorica? Res quam tu dicis fecisse arte in eo libro quem nuper legi. Quidnam dicis? Peritiam quandam. Peritia ergo tibi videtur esse rhetorica? Mihi quidem, nisi tu aliud dixeris. Cuius videtur rei peritia? Gratiam quandam voluptatemque pariendi. Nōne igitur pulchrum quiddam existimas esse rhetoricam, cum apud hōes comparare gratiam possit? Quid, dō Pole? audisti etiam quid illam esse dicam, quid deinceps interrogas? Nōne te audiui dicentem esse peritiam quandam? Visne igitur, quandoquidem gratiam magni facis, paulum quid mihi gratificari? Volo. Interroga me nunc, quam artem esse coquinariam putēs? Ecce interrogo: quamnam ars coquinariam est? Nulla. At quid? Peritiam quandam esse dico. Quamnam peritia est? Gratiam voluptatemque pariendi. Idēne est coquinariam atque rhetoricam? Nullo pacto, sed eiusdem studij particula. Cuius studij? Vereor ut sit dicitur veritate dicere Gorgia causa, ne forte me suū vituperare studium arbitretur. Ego. n. Verum hac rhetorica sit quam Gorgias exercet, nescio: nam ex hac disputatione nihil nobis patefactum est, quid tandem ipse putes. Sed quod ego appello rhetoricam, rei cuiusdam particula est nequaquam honesta. Cuiusnam Socrates? dic age, nihil mea causa veritus. Videtur mihi studium esse quoddam, non artificiosum quidem, sed sagacis animi aptique natura atque potentis ad humanam consuetudinem sibi conciliandam. Appello autem summam caputque eius adulationem. Huius autem studij multa videntur mihi esse membra. Unum quidem coquinariam, quamquamvis esse ars videatur, meo tamen iudicio nulla est, sed peritia quaedam vsu conperta. Eiusdem preterea particulam rhetoricam quoque esse dico, et fucatoriam, quam mangonica dicitur, et sophisticam. Has utique particulas quattuor, ad res quattuor pertinere. Si ergo Polus querere vult, querat. Nondum. n. audiuit qualem adulationis particulam rhetoricam esse dicam: nec aduertit ad id me nondum respondisse. Itaque interrogat utrum pulchram existime, necne. Ego vero utrum pulchrum aliquid vel turpe rhetoricam esse rear, non prius respondebo, quam quid ipsa sit, aperuerim. Non. n. aliter respondere decet Pole. Quod si audire voles, percontare qualem adulationis particulam rhetoricam esse dicam. Quæ iam abs te, qualis particula? An me respondente perdisces? Est, ut opinor, rhetorica particula civilis simulacrum. Quid ergo? pulchrumne, an turpe quiddam ais esse? Turpe: siquidem mala esse turpia dico, quandoquidem tibi, tanquam eorum que iam dico non ignaro, me respondere oportet. Per Iouem non satis que dicis, intelligo. Nec iniuria quidem Gorgia, nondum. n. satis expressi. Polus autem iste iuuenis est. At hunc mitte, mihi vero responde quo pacto dicam rhetoricam civilis particulæ simulacrum esse. Conabor exprimere quid mihi videatur esse rhetorica. Sin vero aliter se habeat negocium, Polus iste redarguat. Corpus appellas aliquid atque aiam? Quidnam. Horum vero nonne putas aliquam veriusque bonam habitudinem?

horum .n. habes peritiam : oīa videlicet in eodem indif-  
creta cōmiserentur , & quae ad medicinam pertinet &  
salutem , & quae ad coquinariam attinent . Audiuisti  
iam quid ego rhetoricam esse dicam : rē videlicet coquina-  
riae respondentē , talemq; in aīa qualis illa est in corpore .  
Fortassis absurdē feci qui tibi prolixitate prohibens , ser-  
monem ipse longū extenderim : vbi tamen venia dignus  
sum : quia si breuius essem locutus , minimē percepisses ,  
neq; responsio tibi mea satisfecisset : sed expositione rursus  
indiguisses . Si ergo nec ego te respondente assequi valeo ,  
tu quoq; extende sermonem . Si valeo , permitte me respo-  
sione tua vel mea ( sic .n. equum est ) pro arbitrio vti .  
Et nunc quidē si quo pacto responsione hac opportunē vti  
potes , vtere . POL. Quid igitur ais ? adulatione tibi vi-  
detur esse rhetorica . SOC. Equidem adulationis particu-  
lam esse dixi . Non meministi Pole , quū sis huius aetatis ?  
quid forte posthac facies ? POL. An boni rhetores vide-  
tur tibi quemadmodum adultores in ciuitate contemni ?  
SOC. Interrogationem hanc facis ? an orationem aliquā  
exordiris ? POL. Interrogo equidem . SOC. Nulla existi-  
matione mihi digni videntur . POL. Quō nulla ? nōne  
plurimum in ciuitatibus possunt ? SOC. Minimē , si po-  
tentiam bonam aliquid esse dicis ei qui potest . POL. Di-  
co certē . SOC. Oratores ergo minimum oīum in rep. posse  
mihi videntur . POL. Quid ais ? Nōne quemadmodū  
tyranni occidunt quem volunt , & expoliant patrimo-  
nio , pelluntq; ex vrbe ? SOC. Per canem in singulis qua  
dicis , ambigo , vtrum snīam explices tuam , an queras  
meam . POL. Quero equidē tuam . SOC. Esto amice :  
deinde duo simul a me quæris . POL. Quonā pacto duo ?  
SOC. Nōne dicebas modō oratores occidere tyrannorum  
more quoscunq; velint , & fortunæ bonis expoliare , atq;  
etiam in exiliū eicere ? POL. Equidē . SOC. Dico itaq;  
tibi , has duas interrogationes esse , respoñdeōq; ad vtrasq;  
Afferō equidem tam rhetores quā tyrannos minimā in  
ciuitatibus obtinere potentiam : quemadmodū paulō an-  
tē dicebam . Nihil .n. vti ita dixerim , facere ex his quae  
volunt , facere tamen quod sibi opinantibus optimum vi-  
deatur . POL. Nōne haec magna potentia ? SOC. Cer-  
tē , vt ait Polus . POL. An ego non dico ? Dico equidē  
certē . SOC. Per iouē non dicis , quandoquidem magnā  
potentiam dixisti ei qui potest , esse bonum . POL. Id qui-  
dem dico . SOC. Bonūmne igitur esse ais , si quis ea fece-  
rit q̄ sibi optima videantur mente cūpto , atq; id magnā  
dicis esse potentiam ? POL. Non certē . SOC. Nōne igitur  
ostendendum tibi est , oratores habere mentē , atq; rhe-  
toricam non adulationem quidem esse , sed artem , quo me  
conuincas ? Alioquin nisi id ostendens me arguas , orato-  
res & tyrāni facientes quicquid faciendum sibi videtur  
in ciuitate , nullum propterea bonum consequentur . Siqui-  
dem potentiam habere , vt ipse ais , est bonum : Facere ve-  
rō quicquid videatur absq; mente , ipsemet confiteris esse  
malum . Nōne ita ? POL. Ita certē . SOC. Quonā igitur  
pacto oratores , vel tyrāni magna in rep. possunt : nisi  
Socrates conuinctus à Polo , illos quae volūt facere , fatea-  
tur ? POL. En vir . SOC. Nego eos facere q̄ volunt : tu  
verō me redargue . POL. An non paulō antē cōfiteba-  
ris , q̄ sibi bona videntur , eos facere ? SOC. Et nūc rur-  
sus confiteor . POL. An nō ergo faciunt q̄ volūt ? SOC.  
Non , vt arbitror . POL. Faciunt tamen q̄ sibi videntur ?

SOC. Concedo . POL. Molestia , o Socrates , & incredi-  
bilia dicis . SOC. Ne me accuses , pulchrē Pole , vt appelle-  
te secundū te . Verūm siquid habes quod inquiras , errore  
meū redargue : sin minus , ipse responde . POL. Sed respo-  
dere malo , vt quid dicas , intelligam . SOC. Vtrū ergo  
tibi videntur hoīes id velle quod vbiq; agunt ? an potius  
illud cuius gratia agunt ? Veluti qui pharmaca à medi-  
cis accepta bibant , vtrū tibi id videtur ipsum velle quod  
faciunt , videlicet pharmacum bibere , & asperitate eius  
perferre : an sanitatē potius cuius gratia bibunt ? POL.  
Manifestum est eos fieri sanos velle , cuius gratia potionē  
sumunt . SOC. Nōne & qui nauigant , aut aliud nego-  
ciū lucri causa obeunt , non id volunt quod faciunt ? quis  
enim nauigare , subire pericula , molestias habere velit ?  
sed illud volunt , vt arbitror , cuius gratia nauigant . di-  
uitias scilicet , harum .n. gratia nauigant . POL. Ma-  
ximē . SOC. An non in oībus quoq; similiter , quisquā  
aliquid alicuius agit gratia , non id vult quod agit , sed  
illud cuius gratia agit ? POL. Ita videtur . SOC. An est  
ex oībus aliquid , quod non aut bonum sit , aut malum ,  
aut horū mediū , neq; bonū scilicet , neq; malū ? POL. Ni-  
hil oīno . SOC. Nōne bonū quidē dicis sapi am , sanitatē ,  
diuitias , aliaq; generis eiusdem ? Mala verō horū contra-  
ria ? POL. Equidem . SOC. Quae verō neq; bona sunt ,  
neq; mala , talia q̄dam dicis , quae quandoq; boni , quādoq;  
mali participia sunt , quandoq; neutri : Veluti sedere , ire ,  
currere , nauigare . Rursus veluti lapides , ligna , cetera-  
raq; similia . Nōne talia quādam esse dicis , q̄ neq; bona ap-  
pelles , neq; mala ? POL. Talia certē . SOC. Vtrum igitur  
media hac bonorū agunt gratia , quoties agunt ? an  
bona gratia mediōrū ? POL. Media bonorū gratia . SOC.  
Ergo sequentes bonū , vadimus , p̄stare id existimantes :  
& vicissim quiescimus , quandoq; quiescimus , ob id ipm  
bonum . Nōne ita ? POL. Ita prorsus . SOC. Præterea si  
quos occidimus , eiusdē gratia occidimus : similiterq; ex-  
pellimus , atq; rapimus , putantes p̄stare vt talia a nobis  
fiant . POL. Proculdubio . SOC. Quāobrem boni gratia  
haec faciunt oīa q̄cunq; faciunt . POL. Assentior . SOC.  
An nō inter nos conuenit , non q̄ alicuius gratia agimus ,  
uelle , sed illud cuius hac gratia agimus ? POL. Maximē .  
SOC. Itaq; non iugulare simpliciter omninoq; volumus ,  
neq; expellere , neq; pecunias rapere : Verūm si conducant  
haec , facere volumus , si noceant , nolumus . Bona .n. vo-  
lumus , vt ipse ais . Quae verō , neq; bona , neq; mala sunt ,  
non proprie volumus , neq; mala . Videor ne tibi Pole , ve-  
rā loqui ? an nō ? Quid nō respondes ? POL. Vera . SOC.  
Quāobrem si in his consentimus , si quis quempiam inter-  
fecerit , vel vrbe eiecerit , vel priuauerit patrimonio , siue  
tyrānus ille sit , siue orator , putans id melius sibi fore , cū  
tamen sit peius , is vtiq; faciet quae sibi videntur , nōne ?  
POL. Certē . SOC. Nunquid et quae vult , siquidem haec  
sint mala ? quid non respondes ? POL. Non videtur mihi  
qua vult facere . SOC. Quānam igitur rōne vir talis  
magnā habet in rep. potestatem ? si quidem magna pote-  
stas bonū quiddam est , vt ipse etiā confiteris . POL. Nul-  
lo pacto . SOC. Vera ergo dicebā , fieri posse vt sit qui in  
ciuitate q̄ sibi videntur , efficiat , neq; tamen magnā po-  
tentiam habeat , neq; q̄ velit , agat . POL. Quasi verō tu  
non optes licentiā habere faciendi quicquid tibi videatur  
in ciuitate potius quā nō habere , neq; affectes talis esse  
quales

quales nonnullos vides, vel interficientes, vel expoliantes, vel conijcientes in vincula quoscunq; & quandocunq; sibi videtur. SOC. Iuste ne dicis, an iniuste? POL. Quo cunq; id fiat, nonne utrunq; optandum? SOC. Bona verba quaso, o Pole. POL. Quid ita? SOC. Quoniam non decet vel vitam minime optabilem exoptare, vel miseram, imo potius misereri. POL. Quid vero? Itane se habere eos de quibus loquor, existimas? SOC. Quidni? POL. Quicunq; igitur perimit quemcunq; opinatur iuste necandum, infelix tibi miserabilisq; videtur? SOC. Non mihi quidem, neq; tamen conditio eius optanda. POL. An non paulo ante miserum dicebas esse? SOC. Amice, dicebam equidem, sed iniuste occidentem, eundemq; insuper miserabilem. Eius vero qui iuste interficit, conditione non esse optandam. POL. An non qui iniuste occiditur, miserabilis est atq; infelix? SOC. Minus quam vel interfecto, vel is qui iuste necatur. POL. Quid ita, o Socrates? SOC. Quoniam inferre iniuriam, malorum omnium maximum est. POL. Quoniam pacto id maximum? Nonne peius est iniuriam pati? SOC. Minime. POL. Ipse igitur, mallesne pati iniuriam, quam inferre? SOC. Equidem neutrum vellem. At si necesse foret, aut facere iniuriam, aut pati, accipere iniuriam, quam inferre malum. POL. Non ergo tyrannidem eligeres. SOC. Non, si tyrannidem similiter atq; ego definis. POL. Ego vero id esse dico tyrannidem, quod paulo ante, videlicet licentiam insipientem habere quicquid videatur perpetradi, siue interficere quempiam, siue expellere libeat, ceteraq; omnia pro libidine facere. SOC. Sed, o beate, q; dicam accipe. Si enim ego in foro ac frequenti hominum multitudine assumpto sub ala pugione, apud te gloriarer me potestatem tyrannidemq; mirabilem nuper esse nactum: nam siue aliquis istorum hominum quos cernis, mihi videatur occidendum, subito periret, siue alicuius frangendum caput, repente frangeretur, siue discindenda vestis, subito discinderetur, tatum ego in hac civitate possum: proinde tibi minus id credenti ostenderem pugionem, forte eo conspecto, tu sic obijceres: At isto, o Socrates, modo omnes magnam haberent potentiam, si quidem & quaslibet domos incendere, & Atheniensium naualia, & triremes, cunctaq; navigia, ac summatum tam publica quam privata quicunq; posset. Verum haec non est magna potestas, quicquid tibi quocunq; videatur facere, an tibi videtur? POL. Certè non hoc pacto potentiam approbo. SOC. Potestne dicere quam ob causam eiusmodi non approbes potestate? POL. Possum equidem. SOC. Cur ergo? dic iam. POL. Quoniam necesse est eum qui ista perpetraverit, poenam luere. SOC. Poenam vero dare, nonne malum? POL. Omnino. SOC. Nonne igitur, o vir mirabilis, magnam rursus potentiam iudicas, si modo qui agit quaecunq; sibi videntur, assequitur ut utiliter agat, atq; ita bonum consequitur, idq; est magna posse? Contra vero, malum id est, paruaq; potentia? Verum id quoq; consideremus, dicimusne alias prestare ea facere q; modo dicebamus, videlicet interficere, expellere, spoliare, alias aut minime? POL. Sic omnino. SOC. Hoc iam mihi, ut videtur, tibiq; convenit. Vtrum igitur & quo pacto dicis ipse melius esse haec facere? dic age, quem terminum statuas. POL. Tu vero, o Socrates, id definias. SOC. Ego igitur si a me audire manus, dicam, videlicet cum quis haec iuste facit, melius esse: quando vero iniuste, peius.

POL. Quasi vero arduum sit te refellere, cum id puer etiam quicunq; possit. SOC. Magnam illi puero habeo gratiam, tibi quoq; non minore, si me refutando ab errore eiusmodi liberaveris. Te igitur oro, ne tibi molestum sit beneficium hoc in amicum conferre, sed iam refelle. POL. Atqui, o Socrates, nihil opus est antiquis exemplis ad te confutandum. Siquidem recentibus atq; adeo externis manifeste plerisque iniustos esse felices comprobari possit. SOC. Quamnam ista? POL. Archelaum Perdiccae filium Macedonia imperare vides? SOC. Et si non video, saltem audio. POL. Felixne igitur tibi an infelix videtur? SOC. Nescio equidem Pole. nunquam enim illi sum conversatus. POL. Quid autem si eius consuetudinem habuisses, iam cognosceres? Aliunde vero felicitatem eius non deprendis. SOC. Non per Iovem. POL. Constat igitur, o Socrates, similiter te dicturum ignorare verum magnus Persarum rex sit felix. SOC. Et vera quidem dicam, ignoro enim quo pacto, vel eruditione, vel iustitia sit instructus. POL. Nunquid in hoc tota beatitudo consistit? SOC. Certè meo iudicio. Assero enim honestum bonumq; virum & mulierem esse felicem: iniustum vero & turpe, esse miserum. POL. Miser ergo iuxta tuum sermonem est Archelaus. SOC. Nimirum, si iniustus. POL. At vero quoniam pacto negari id potest? Is enim ex ancilla Alceae Perdiccae fratris natus est: ideoq; Macedonia regnum quod nunc possidet, ad eum minime pertinebat: sed ipso iure Alceae servus erat: eoq; si iusta agere voluisset, ipsi Alceae servisset: atq; eo pacto ex ratione tua esset felix. Nunc vero quam mirabiliter ad miseriam tandem reductus est, postquam maximas intulit iniurias. Is enim primo hunc ipsum dominum patrumq; suum Alceam accersitum ad se quasi regnum quod Perdiccae abstulerat, redditurus, convivio vinoq; gravatum, ipsumq; & filium eius Alexandrum patrualem aequalemq; suum coniectos in plaustrum, nocte q; asportatos trucidavit atq; deleuit. Nec tamen his perpetratis, suam agnovit miseriam, nec id fecisse poenituit: sed paulo post fratrem suum legitimum Perdiccae filium, puerum annorum septem, ad quem pertinebat regnum, noluit ut felix viveret, iuste alere, atq; ipsi regnum tradere, sed in puteum precipitem dedit, atque suffocavit. Cleopatra vero eius matri nunciauit puerum dum persequeretur anserem, cecidisse in puteum, mortemq; obijse. His ergo tam magnis iniurijs perpetratis, Macedonum omnium miserimus est, an potius felicissimus? Num est ullus Atheniensium, ut a te exordiamur Socrates, qui malit alius quisquam Macedonum esse quam Archelaus? SOC. Et ab ipso disputationis exordio, Pole, te tanquam bene instructum ad orandum laudavi, arte vero differendi dixi te neglexisse. At nunc, haecne illa ratio est, per quam quicunq; etiam puer, ut ipse dicebas, me refellat? Atque ego abs te, ut ipse iudicas, hac in praesentia ratione convictus sum, qui dixerim iniuriantem beatum esse non posse? Unde vero haec bonè vir? atqui nihil tibi horum q; tu dicis, assentior. POL. Neq; enim assentiri libet, quanquam tibi vera videantur. SOC. O beate, oratorum more convincere me contendis, quemadmodum in iudicio fieri solet, ubi alij alios tum convincere se opinantur, cum pro sua causa multos celebresq; adducunt testes: adversarius vero, aut nullum, aut unum aliquem producat, cum eiusmodi probatio nullius ad veritatem sit momenti. Sape enim ob falsorum testium multitudinem, atq; eorum et qui alicuius rei

Inustus vir & bonus felix. Iniustus turpis & miser. Archelaus ex ancilla Alceae ortus est.

Iniuriantem beatum esse non posse.

Inferre iniuriam maximum malorum

Et precij esse videntur, quis iniuste opprimitur: at qui in presentia si de his qua dicit, velis contra me testes producere, oēs ferme Athenienses & peregrini tecum sentient: me vero afferre falsa tibi attestabuntur: siue Nicerati filium fratresq; eius secum, quorū sunt in Dionysio tripodes ordine quodā dispositi, siue Aristocratem Scellij filium, cuius in Pythio munus extat pulcherrimum, seu totam Periclis domum, seu aliam quālibet Atheniensium familiam velis in testimoniū aduocare. At ego vnus tibi non assentior: non enim me rationibus cogis, sed falsis testibus contra me productis, ex ipsa veritatis substantia decipere me moliris. Ego vero nisi te ipsum testē vnum adduxero mihi assentientem, nihil existimatione dignū in his qua tractamus, perfecisse me arbitror. Nihil est te profecturum puto, nisi ego vnus solusq; tibi consentiā, tuq; dimissa aliorū testium multitudine, id ipsum efficias. Est igitur, vt dixi, vnus iste arguendi modus, quē admodum tu alijq; multi putatis, est & alter quē ego puto. Eos igitur inuicem comparantes, vtrum & quo pacto inter se discrepent, diligenter cōsideremus. Non enim de rebus paruis instituta nobis est disputatio: sed de his quas & scire pulcherrimum est, & nescire turpissimum. Caput enim & summa eorum q̄ perquirimus, est vel cognoscere, vel ignorare quis beatus sit, quis miser. Principio quidem in his qua perquirimus, tu fieri posse existimas, vt qui iniuriā facit, iniustusq; est, sit beatus, siquidem Archelaum esse quidē iniustum confiteris, sed beatū. nunquid ita te opinari existimare debemus? POL. Oīno. SOC. Ego vero id fieri non posse dico. Vnū igitur, hoc est de quo ambigimus. Estlo igitur iniustus aut eritne felix, si pœnas iniustitia dederit? POL. Minime quidē, imō miserrimus. SOC. At vero si iniustus pœnas effugerit, vt ipse ais, beatus erit. POL. Aio equidē. SOC. Secundum vero sūam meam, o Pole, qui iniuriatur iniustusq; est, oīno est antē alios miser: miserior autē si iniuriarum pœnas nunquam luat, minus vero miser, si luat, suppliciumq; iustum dijs hōibusq; reponet. POL. Quam absurda dicere audes. SOC. Dabo equidem operā amicē, vt ipse quoq; mecum sentias. amicū enim esse te mihi puto. nūc ergo ea de quibus dissentimus, eiusmodi sunt. attende vero & tu. Dixi equidem in superioribus iniuriā inferre, peius esse quā pati. POL. Ita dixisti. SOC. Tu vero cōtrā, pati peius esse quā facere. POL. Proculdubio. SOC. Praterēa eos qui iniuriā faciunt, ego miseros appellabā, atq; à te redargutus sum. POL. Ita per Iouē. SOC. Tuo quidē iudicio. POL. Ac forte vero. SOC. Tu vero iniuriantes tunc felices esse dicebas, cū pœnas minime darent. POL. Et maxime quidē. SOC. Ego vero istos esse dico miserrimos, eos autē qui puniantur, miseros esse. Visne id quoq; refellere? POL. At istud difficilinus altero ad redarguendū. SOC. Haud difficile istud, imō impossibile iudicare debes. quod enim verum est, refelli nunquam potest. POL. Quid ais? Si quis tyrānidem per iniuriā moliri deprehensus fuerit, captusq; torqueatur, excarnificeturq;, ei q; inurantur oculi, alijq; multis, varijs, granibus pœnis afficiatur, videat p̄terēa liberos & vxorē pati eadē, & tandē in crucem agatur, aut pice adhibita, cōburatur, an hęc qui patietur, felix erit? Vel potius si euadat, tyrānidemq; assecutus arbitrati viuat suo, adeo vt vita suā status ex-

Locus à te sibus et rō nibus.

Peius esse iuriā inferre quā pati.

optandus, felixq; à ciuibus & peregrinis existimetur? Hęc ne dicit confutari non posse? SOC. Perterrefaci me nunc rursus generose Pole, non autē refellū paulo vero antē attestabis. Veruntamen redige mihi parumper in memoriā, an iniusta capeffere tyrānidem dixeris? POL. Equidē. SOC. Neuter eorū felicior vnquam erit, neq; qui tyrānidem iniuste adeptus fuerit, neq; qui deprehensus pœnas dederit. Nempē e duobus miseris neuter ultero felicior est dicendus, miserior tamē qui potius tyrānide supplicij deuiterit. Quid rides? alia rursus hęc refellendi species est, cū quis aliquid dicat deridere, nō autē arguere. POL. At non putas refelli, o Socrates, cū alia dicas, qualia nullus vnquam mort alium diceret? Quare ab istorū aliquo. SOC. O Pole, equidē non sum ex his qui in rep. versantur. Et superiori anno cū tribus me prerogatiuam haberet, ac forte oporteret me cōputare suffragia; & ad consiliū referre, concitavi risum, quia facere id nesciui. Noli ergo iubere, vt ad consiliū presentium referam. Caterum nisi meliorem arguendi viā habes, quē admodum modō dicebam, vicissim mihi cōcede, atq; experire quale ego red argutionem esse arbitror oportere. Eorū enim qua dico, vnum producere teste scio, illum ipsum qui cū mihi sermo est institutus: multitudinem autē missam facio, & vnus sūam rogo, multitudini vero ne verbum quidem facio. Vide igitur vtrum mihi vicissim arguendi locum velis concedere, tuq; ad quaesitum respondere. Arbitror equidē & me & te & alios hōes existimare, peius esse facere iniuriā quā accipere, ac pœnas effugere quā subire. POL. Ego autē neq; me, neq; alium prorsus vllum, quando quidem tu solus iniuriā perpeti malles quā inferri. SOC. Imō vero & tu & ceteri oēs. POL. Permultū abest, imō nec ego, nec tu, nec alius quisquam. SOC. Visne respondere? POL. Volo equidem. cupio enim quid tandem dicturus sis, intelligere. SOC. Responde itaq; mihi, vt intelligas, tanquā si à principio interrogē. Vtrum putas deterius esse? facerē iniuriā, an perpeti? POL. Perpeti. SOC. Vtrum vero turpius? responde quaeso. POL. Iniuriā facere. SOC. Nonne & peius, si turpius? POL. Minime. SOC. Intellico iam. Nēpe non putas, vt videtur, idē esse pulchrū atq; bonū, idēq; turpē atq; malum. POL. Non certē. SOC. Quid autē pulchra omnia scilicet corpora, colores, figuras, voces, studia, nunquid ipse ad nihil respiciens, appellas pulchra, an ad aliquid? Vt ecce primo quidem corpora pulchra, nonne aut propter vilitatē dicis esse pulchra, atq; ad id pulchra cuius vsui seruiunt, aut propter aliquam voluptatem, videlicet quod delectent afficientes? An habes p̄terēa quicquam aliud quod de corporis pulchritudine dici possit? POL. Nihil aliud. SOC. Nonne & alia similiter omnia siue figuras, siue colores, vel propter aliquam voluptatem, vel vilitatem, aut vtraque, pulchra appellas? POL. Ita prorsus. SOC. Et voces praterēa, & quę ad musicam pertinent. cuncta similiter? POL. Ita. SOC. Quinetiā statuta legum & studia non ob aliā causam pulchra sunt, quā quod aut conferunt, aut delectant, aut vtrūq; efficiunt. POL. Ob aliā certē nullam. SOC. Deniq; de disciplinarū pulchritudine idē existimamus? POL. Idē prorsus. & pulchrē quidē nūc definis, o Socrates, pulchrū delectatione & conferēte bono definiens. SOC. Nonne turpe cōtrario, scilicet dolore,

ac ma

ac malo .i. detrimento desiniendum? POL. Necessesse est.  
 SOC. Quoties igitur e duobus pulchris alteru pulchrius  
 est, vel altero illoru, aut ambobus excedens pulchrius est,  
 scilicet aut delectatione, aut utilitate, aut ambobus.  
 POL. Prorsus. SOC. Rursus quando duoru turpius alte  
 ru turpius est, vel dolore, vel detrimento excedens est tur  
 pius. An no necesse est? POL. Ita. SOC. Age, itaque  
 quo paulo ante de inferenda accipiendaq; iniuria diceba  
 tur? an non dicebas pati iniuria esse deterius, facere vero  
 turpius? POL. Diceba equidem. SOC. Si ergo facere tur  
 pius est quam pati: aut molestiu quidem est, ac molestia  
 superans turpius est, aut detrimento, aut vrisq; no ne  
 id er necessarium? POL. Quidni? SOC. Primo quidem  
 consideremus an molestia superet: doleantq; magis qui in  
 ferunt, quam qui patiuntur iniuria. POL. Nullo pacto.  
 SOC. Quare no excedit dolore. POL. Non apparet. SOC.  
 Si non dolore, nec etiam ambobus. POL. Non videtur.  
 SOC. Ergo altero. POL. Altero. SOC. Malo igitur at  
 que detrimento. POL. Apparet. SOC. Quobrem iniu  
 ria facere excedens detrimento deterius erit, quam pati.  
 POL. Manifestu est. SOC. Nonne & a multis hoibus,  
 & abs te supra concedebatur turpius esse inferre iniuria  
 quam accipere? POL. Ita. SOC. Nunc er apparuit esse  
 deterius? POL. Apparuit. SOC. Eligasne tu magis id  
 quod deterius turpeq; est quam id quod minus? Ne pigeat  
 respondere Pole: nihil. n. obfuerit: sed te ron tanquam  
 medico comittas ingenue: atq; respondendo aut concede q  
 dico, aut nega. POL. Nunqua, o Socrates, istud elige  
 rem. SOC. Aliu vero quenquam id recepturum putas?  
 POL. Mihi quidem per hanc ronem non videtur. SOC.  
 Quobrem vera dicebam: neq; me, neq; te, neque alium  
 quenqua recepturum facere iniuriam magis quam pati,  
 vtpote quod sit deterius. POL. Apparet. SOC. Vides er  
 go Pole, facta argumentoru comparatione, ea inter se ma  
 xime discrepare. Nam tibi quidem alij praeter me oes af  
 sentiuntur, mihi vero solus ipse sufficis assentiendo atq;  
 testificando, cuius solius suffragium sententiamq; rogavi,  
 ceteros vero dimitto. Atque id quidem sic habeto. Post  
 hac aut quod secundo loco inter nos dubitabatur, iam co  
 sideremus: Vtrum iniuriantem paenas dare maximu sit  
 malorum, vt ipse putabas: an maius non dare, qua mea  
 erat snia. Consideremus aut hoc pacto. Dare paenas in  
 iuriarum, atq; iuste puniri, num idem appellas? POL.  
 Idem. SOC. An potes negare iusta oia quatenus iusta sunt,  
 esse pulchra? Et vide vt respondeas provide. POL. Mihi  
 quide aequu ac tibi videtur. SOC. Id quoq; animaduerte,  
 an si quis agat quippiam, necesse sit esse aliquid patiens ab  
 ipso agente. POL. Videtur. SOC. An ergo & hoc pati  
 oportet, quod agens agit: et tale insuper quale agit ipm?  
 Ceu si quis pulset, necesse est aliquid inde pulsari? POL.  
 Necessesse. SOC. Atq; si vehementer, aut velociter pulset,  
 similiter pulsari pulsatu? POL. Similiter. SOC. Talis  
 ergo passio inest pulsato, quale efficit pulsans? POL. Oino.  
 SOC. Et si quid coburat quis, oportet aliquid inde cobu  
 ri? POL. Oportet. SOC. At si vehementer exurat, &  
 vt ita dixerim, acerbo cu dolore, similiter & vri quod  
 vritur, quemadmodu vrit vrens? POL. Prorsus. SOC.  
 Similiter si quis secat? Secatur. n. aliquid. POL. Ita.  
 SOC. Ac si lata vel profunda, dolorosa sit sectio, tali  
 necesse est quod secatur sectione secari, quali sector ipse se

cat? POL. Videtur. SOC. Considera vero summam.  
 an quod modo diceba, in cunctis consistere: videlicet qua  
 le aliquid agens agit, tale quidda pati patiens. POL.  
 Confiteor. SOC. His ergo concessis responde, nu paenas da  
 re, sit pati aliquid, aut agere. POL. Pati. SOC. Nonne  
 & a quoda agente? POL. Constat, ab ipso videlicet pu  
 niere. SOC. Qui aut recte punit, nonne iuste punit? POL.  
 Iuste. SOC. Iusta facies, necne? POL. Iusta. SOC. Et  
 go qui punitur, du iniustitia dat paenas, iusta patitur.  
 POL. Apparet. SOC. Iusta vero dictu est esse pulchra.  
 POL. Prorsus. SOC. Horu igitur alter quidem pulchra  
 facit: alter vero, scilicet punitus, pulchra patitur. POL.  
 Sic est. SOC. Quod si pulchra, etia bona. Nam vel iu  
 euda illa sunt, vel vtilia. POL. Necessesse est. SOC. Bo  
 na ergo patitur quisquis iuste punitur. POL. Videtur.  
 SOC. Id ergo sibi prodest. POL. Confert. SOC. An no,  
 vt quo pacto iudico explicu, meliorem reportat aum, si  
 quide iuste punitur? POL. Consentaneu est. SOC. Ergo  
 qui luit paenas, a prauitate aia liberatur. POL. Certe.  
 SOC. Itaq; maximo liberatur malo. Eodem aut pacto co  
 sidera: in pecuniaru collectione aliudne hois malu uideas  
 quam paupertate? POL. Hanc ipsam. SOC. In corpore  
 aut malum dices imbecillitate, morbum, deformitatem,  
 ceteraq; eismodi? POL. Equidem. SOC. Nonne & in  
 aia malum aliquid esse ceses? POL. Quidni? SOC. Id  
 vero nonne vocas iniustitia, inscitiam, timiditatem, &  
 alia generis eiusde. POL. Maxime. SOC. Cum igitur  
 hac tria sint, pecunia, corpus, aia: tria horu esse dixisti  
 mala: paupertate, morbum, iniustitiam. POL. Certe.  
 SOC. Horu vero malorum quodnam turpissimu? Nonne  
 iniustitia? et, vt summam dicu, anima vitiu? POL.  
 Maxime. SOC. Quod si vitiu animi turpissimu est: er  
 go et pessimu. POL. Qua rone hoc ais, o Socrates? SOC.  
 Hac vtiq;. semper quod turpissimu est, vel quia dolore,  
 vel quia detrimentum infert maximum, vel quia facit  
 vtiq;, turpissimu est: quemadmodu ex ijs qua in supe  
 rioribus concessa sunt, apparet. POL. Sane. SOC. Tur  
 pissimu vero esse iniustitiam & omne animi vitium, no  
 ne nobis concedebatur? POL. Certe. SOC. Quare aut  
 quia molestissimu est, et molestia superans, iccirco horum  
 turpissimum est: aut quia detrimentu affert, aut propter  
 utruque. POL. Sic oportet. SOC. Nunquid molestius est  
 iniustu esse, intemperatum, ignauu, imperitum, quam  
 paupertate morboq; premi? POL. Non certe quantu ex  
 his coyicitur. SOC. Quonia igitur incredibili quada mi  
 rabiliq; magnitudine detrimeti atq; mali vitium aia ca  
 tera superat mala, iccirco oium est turpissimu: quando  
 quide non dolore excedit, vt ipse ais. POL. Sic apparet.  
 SOC. Iam vero quod maximo excedit dano, maximum  
 oium est malorum. POL. Ita est. SOC. Quobrem iniu  
 stitia, intemperantia, ceteraq; improbitas aia, malum est  
 oium maximu. POL. Videtur. SOC. Quana ars a pau  
 pertate nos liberat? Nonne quaestuaria? POL. Hac ipsa.  
 SOC. Quare vero a morbo? an non medicina? POL. Hac  
 sane. SOC. At quana a prauitate et iniustitia? Sim  
 minus id tibi succurrit, ita considera: quonam, & ad  
 quos potissimu ducimus morbis corporeis laborantes? POL.  
 Ad medicos Socrates. SOC. Quo aut iniuriantes atque  
 dissolutos? POL. Ad iudices. SOC. Vt videlicet punia  
 tur. POL. Assentior. SOC. Nonne qui recte puniunt,  
 iustitia

Vtrum sit  
 maximum  
 maloru in  
 ferentem in  
 iurias pa  
 nas dare,  
 an no dare

Quale ali  
 quid agens  
 agit, tale  
 quidda pa  
 ti patiens.

injustitia quadam freti puniunt? POL. Proculdubio. SOC. Quæstuarium ergo pellit paupertatem: Medicina Verò abigit morbos: Indiciaria deniq; intemperantiam & iniustitiã amouet. POL. Sic apparet. SOC. Quid ergo horum est pulcherrimum? POL. Quorum dicitur? SOC. Quæstuarium, medicinã, iudiciariã. POL. Multo inter has excellit iudiciaria Socrates. SOC. Ergo vel voluptatem affert plurimam, vel utilitatem, vel utrunq; siquidẽ pulcherrima est. POL. Sic habet. SOC. An ergo curari à medico delectabile est? & inter manus medici oblectatur, dũ curantur infirmi? POL. Nõ apparet. SOC. Cõducit tamen, nõne. POL. Cõfert. SOC. Quoniã Videlicet magno liberantur malo. Quapropter Utile est tolerare dolorem, ut sanus euadas. POL. Proculdubio. SOC. An ergo felicissimus quantũ ad corpus attinet, is fuerit qui per medicinã curatus, conualecat: vel potius qui à principio non egrotauerit? POL. Certè qui nõ egrotavit. SOC. Nẽpe nõ in hoc cõsistere uidetur felicitas, ut liberemur à malis: sed ut ab ipso initio simus incolumes. POL. Ita est. SOC. Ceterũ si duo male vel corpore, vel animo affecti sint, uter horũ miserior, nõ qui curatus liberatur à malo, an qui minimè? POL. Qui non curatur. SOC. Nõne in iudicio puniri, à maximo quodam malo, id est à prauitate liberatio erat? POL. Erat certè. SOC. Quippè cũ pena iusta moderetur, iustioresq; efficiat tanquam medicina quaedã improbitatis. POL. Ita est. SOC. Felicissimus ergo qui nõ habet animi uitium, quãdoquidẽ id maximũ apparuit esse malũ. POL. Absq; dubio. SOC. Deinde aut qui à malo eiusmodi liberatur. POL. Apparet. SOC. Hic Verò est qui correptus perterritusq; penas dederit. POL. Is ipse. SOC. Pessimè ergo uiuit qui iniustus est, nec ab iniustitia soluitur. POL. Apparet. SOC. Nõne hic est qui maximis perpetratis iniurijs, maximãq; usus violentia, effecerit ut neq; corripatur, neq; puniatur, neq; persoluat penas: quãadmodũ effecisse dicitur Archelaũ, aliosq; tyrãnos et oratores atq; potentes? POL. Apparet. SOC. Fermè. n. eiusmodi hoĩes, vir optimè, perinde faciunt, ac si quis morbo correptus grauissimo, det operam, ne vitiorum quã in corpore sunt, sub medico penas reportet, neq; curetur, puerorum more vstionẽ atq; sectionem, tanquam rem molestã, formidans. Nõne et tibi quog; ita videtur? POL. Mihi quidem. SOC. Quoniã videlicet quãti sit sanitas corporisq; virtus ignorant. Videntur autem per ea quã modo cõcessimus, tale quiddam facere, ò Pole, illi qui iudiciũ fugiunt, ad dolorem quidem eius aspiciere, ad utilitatẽ Verò cæci esse, atq; ignorare quanto miserius sit animo esse nõ sano, sed fracto, iniusto, impio, quã agrum corpus circumferre. itaq; dant operam ne iudiciũ subeant, neue maximo soluantur malo. Ea q; de causa pecunias cumulant, cõparant amicos, eloquentia student. At. n. si vera inter nos sumus confessi, sentis quã ex hac disputatione tandem sequatur? Eãne uis ut singula ordine colligamus? POL. Ut libet. SOC. Nõne cõstitit maximũ esse malum iniustitiã atq; iniuriã? POL. Videtur. SOC. Præterea mali huius solutionem esse penas luere? POL. Apparuit. SOC. Eas Verò effugere mali perseverantiã. POL. Certè. SOC. Igitur inter mala magnitudine secundũ obtingit locũ inferre iniuriã. Efficere aut ne iniuriarũ subeat pena, oĩum natura maximum est, primumq; malorum. POL. Videtur. SOC. Hoc est igitur, ò amice, de quo ambigebamus.

Tu quidem Archelaum esse felicem affirmabas, qui cũ maximas perpetrarit iniurias, nullas tamẽ pendit penas. Ego aut sentiebam diuersum: videlicet siue Archelaus, siue alius quisquam mortaliũ iniuriarum supplicia non ferat, eum vel præcipuè esse miserum: ac semper eum qui intulit eo qui sustinet iniuriã, esse miserorem, deniq; illum qui non luat penas, illo qui luat. An non hæc erant q; à me dicebantur? POL. Hæc ipsa. SOC. Nõne demõstratũ est uerè hæc dicta fuisse? POL. Apparet. SOC. Age igitur Pole, si vera hæc esse constat, quidnã opus est rhetorica? Nempè ex superioribus sequitur oportere diligentissime obseruare nos ipsos, primum quidem, ne cui iniuriã inferamus, tanquam satis mali ob hoc ipsum habituros. nõne ita habet? POL. Ita certè. SOC. Deinde Verò siue per nos, siue per aliũ quempis nobis charum inferatur iniuriã, fronte nostra iudici nos puniendos, tanquã medico festinãter offerre: ne antiquatus iniuriã morbus, sic inficiat aĩum, ut insanabilem reddat. Quoniam alio pacto dicemus, ò Pole, si maneant priora illa inter nos concessa? Nõne hæc ita illis necessarijs cõsonant, nec secus habere possunt? POL. Quid igitur porro dicere possumus? SOC. Ad defendendũ igitur aut excusandũ iniustitiã nostrã, vel parentum, vel amicorũ, aut filiorum, aut patriã iniuriãntis nihil utilitatis nobis cõfert rhetorica. Nisi quis iudicet contra oportere rhetorica uti, ad accusandũ videlicet: primo quidẽ nos ipsos, deinde domesticos familiaresq; et alios: si quis eorũ qui nobis chari sunt, iniuriã perpetraverit: ne lateant eorũ crimina, sed producantur: unde penas illi persoluant, saniq; euadant. Præterea ad compellendũ seipsum & alios ne torpeant, neue expauescant: sed forti aĩo & quasi cõnientibus oculis iudici tãquã medico secandos vrendosq; se tradant, bonũ ipsum habestumq; sequentes dolore contempto. Itaq; si verberibus digna cõmiserint, verberandos sese tradant: si vinculis, vinciedos: si multa, multandos: si exilio, expellendos: si nece, necandos. Quã quidẽ in re vnusquisq; sui ipsius sit suorumq; accusator: atq; ad hoc oratoria facultate utatur, ut patefactis iniurijs à maximo iniustitiã malo soluantur. Itãne Pole, an aliter dicimus? POL. Absurda quidẽ ista, Socrates, mihi videtur. Verũtamen tibi forte superioribus consonat. SOC. Nunquid aut superiora illa cõuelli, aut hæc sequentia cõcedi necesse est? POL. Ita se res habet. SOC. Cõtra Verò reputando, si alicubi malefacere oportet siue inimico, siue aly cuiuspiã: id duntaxat cauendũ est, ne ipse ab aduersario iniuriã patiat: ac si alijs iniuriã fecerit inimicus, omni studio prouidendũ est & verbis et operibus, ne luat penas, neue trahatur ad iudicẽ: Verum ad eũ si rapiatur, forte annitendũ ut inimicus euadat, nec sumatur de ipso suppliciu. Imò si aurum multũ abstulerit, id ut ne restituat, sed possidẽs ipse in se, atq; suos iniuste impieq; profundat: sin morte digna cõmiserit, ne moriatur vnquam, si fieri pot, sed immortalis sit malus. Sin aut minus id fieri pot, saltem ut in ea prauitate plurimum tẽporis uiuat. At hæc & hmoi mihi videtur, Pole, cõferre rhetorica. Illi Verò qui non sit illaturus iniuriã, haud magno esse emolumento videtur, si modò illũ in ea est vel comodum, vel utilitas. Nã in his quã superius dicta sunt, nihil eiusmodi profus apparebat. CAL. Dic mihi Cherephõ, serione hæc loquitur Socrates, an iocatur? CHAER. Mihi quidẽ videtur Calicles

licies mirum in modum loqui serio. haud tamen importu-  
 num fuerit ab ipso requirere. C. A. L. Cupio per deos scire So-  
 crates, utrum te nunc serio loqui an iocari existimare de-  
 beamus. Nam si seria haec sunt & vera quae dicis: perversa  
 proculdubio nobis est vita, atque omnia contra quam decet,  
 agimus. s. o. c. O Callicles, nisi nobis inesset affectus, et  
 si alijs quidem alijs, tamen in plerisque communis, sed ali-  
 quis e nobis propriam quandam singularioremque, praeter cete-  
 ros haberet affectionem: haudquaquam facile foret, quod  
 in se quisque sentiret, alijs explicare. Quorsum haec? Nepe  
 animaduerto idem quoque nobis accidere: cumque duo si-  
 mus, duo quaedam amare. Nam ego Alcibiadem & Cli-  
 niam, ac philosophiam amo: tu vero populum Athenien-  
 sem & Pyrilampum. Sentio itaque, si in concione tibi quam-  
 vis prudenti populus contradixerit, te consuevisse mutare  
 sententiam, atque ea dicere quae illi placere intelligas: nec ul-  
 lo modo posse voluntati eius obistere. Quamobrem si quis il-  
 la quae tu gratia populi dicis, admiratus, absurda esse  
 obiecerit, respondebis forsitan, modo vera fateri velis, ni-  
 si is quem tu amas, populus mutet sententiam, nec un-  
 quam te mutaturum. Idem tibi forte contingat erga pri-  
 uatum quendam, si quem vehementer ames. Arbitrari  
 igitur talia a me quaedam te audire, nec talia me dicere ad-  
 mireris, sed da operam ut philosophia quam amo, haec velle  
 desistat. Dicit enim illa, o dulcis amice, semper quae a me au-  
 dis. Et si familiarium quidam alias mihi loquitur ali-  
 ter, philosophia tamen semper eadem. Dicit autem quae tu  
 nunc admiraris modo enim praesens audisti. Aut ergo  
 illam, quod nuper dicebam, redargue: atque ostende iniu-  
 riam facere, nec dare poenas, non extremum esse malorum.  
 Aut si hoc stare sinis, praedico tibi, o Callicles, per canem  
 Aegyptiorum deum, nunquam te Callicli consensurum, sed  
 in omni vita repugnaturum. Atqui ego, o vir optime,  
 praestare iudico, ut lyra mihi discordet & dissonet, cho-  
 rusque quem ducam, ac multi praeterea homines contradicant,  
 quam ut ego vnus mihimet dissonet atque repugnet. C. A. L.  
 O Socrates, videtur haec tua iuuenilis quaedam in disputan-  
 do iactantia, ac reuera vulgaris quiddam apparatus concio-  
 nator. Et nunc quidem in his quoque concionatorem agis:  
 quum idem Polo eueniret, quod euenisse Gorgiae: paulo  
 ante erga te accusabat. Nam Gorgia, quodam in loco a  
 te interrogatum, si pergeret ad ipsum aliquis rhetoricam  
 percepturus, sed iuris ignarus, an illum doceret: rubore  
 adductum, inquit Polus, affirmauisse illum se esse doctu-  
 rum: idque ob ipsos hominum mores, qui grauiter ferrent,  
 si quis talia non concederet. Ob huiusmodi deinde concessio-  
 nem coactum esse Gorgiam, sibimet contradicere, tibi que  
 id mirifice gratum esse. Quare te quidem iuste tunc me iu-  
 dicio irrisit, quod huiusmodi ineptias sequeris. Nunc ve-  
 ro rursus Polo eadem contigerunt: quem in hoc minime pro-  
 bo, quod tibi concesserit, iniuria turpius esse facere quam  
 pati: ob eam enim concessio impeditus a te, quae cogita-  
 uerat, explicare non potuit. Tu vero reuera, o Socrates, in  
 scrupulos concionalesque difficultates audientes adducis, dum  
 veritate sequi te profiteris. Affers utique in medium quae  
 natura quidem pulchra non sunt, sed lege. Plerumque vero ac-  
 cidit ut contraria sint inter se lex atque natura: si quis igitur  
 rubore suffusus, non audeat quae sint exprimere, contra-  
 ria sibimet fateri compellitur. Tu vero id astutus animadu-  
 uertens, insidiarius in verbis. Si quis enim secundum legem lo-

quatur, tu deinceps secundum naturam interrogas. Si vero  
 secundum naturam ille, ipse secundum legem: quemadmo-  
 dum de inferenda, vel sustinenda iniuria modo fecisti. Cum  
 enim Polus, secundum legem inferre turpius esse diceret, ip-  
 se legem esse persecutus. Natura enim quicquid peius est,  
 idem & turpius, quale est iniuriam pati, lege vero in-  
 ferre. Non enim viri est iniurias pati, sed mancipij cuius-  
 dam, cui mortuum esse quam viuere praestet: quod quidem co-  
 tumeliosius iniurijsque affectu, neque sibi, neque suis potest opitu-  
 lari. Verum, ut ego arbitror, qui leges condunt, imbecillio-  
 res sunt plerique. Itaque utilitati consulentes suae, leges con-  
 stituunt praeterea laudes vituperationesque disponunt, metu  
 potentiorum adducti, ne qua in re excedere eos possint.  
 Itaque aiunt turpe iniustumque esse alijs plus habere, idque de-  
 finiunt iniuriam facere: plus videlicet quam alij ut ha-  
 beas, quaeuere. Satis enim sibi factum putant, si quum in-  
 feriores sint, aequam habeant portionem. Ob hanc igitur  
 rationem lege quidem id iniustum turpeque dicitur, quae-  
 re ut plus quam ceteri possideas: atque haec uulgo iniuriam  
 nominant. Natura vero ipsa, veluti puto, demonstrat  
 aequum esse, ut praestantiores potentioresque omnia ceteris  
 habeant superiora. Ostendit vero multis haec modis, tum  
 in ceteris animantibus, tum in cunctis ciuitatibus atque ge-  
 nibus, apud quas iustum esse censetur, ut potentior in fir-  
 miori dominetur, plusque possideat. Nam quo iure Xerxes  
 aduersus Graecos duxit exercitum, vel pater eius contra  
 Scythas, aut innumerabiles alij, quos referre quis possit?  
 Sed hi, ut arbitror, iuxta naturam iuris ipsius, ac per  
 touem ipsius naturae legem haec agunt: non tamen fortasse  
 iuxta leges has a nobis conditas, per quas praestantissi-  
 ma ac validissima indolis adolescentibus ab incunabulis tam  
 quam leones vincientes, quasi quibusdam magicis carmi-  
 nibus fascinamus. seruilemque in modum subijcimus, dice-  
 tes aequitatem esse seruandam, idque pulchrum iustumque es-  
 se. At si quis praestantis naturae vir insurgat, ac literas,  
 fascinationes, incantationesque huiusmodi vestras pessun-  
 dans atque discindens, legesque omnes quae desciscunt a natu-  
 ra, subuertens, ceteris dominetur, in eorum naturae ipsius  
 ius effulgeret, videtur autem mihi Pindarus haec eadem in  
 quodam cantu ostendere: Vbi legem ait omnium esse re-  
 ginam mortalium atque immortalium, eamque ius agere  
 violenter praepotenti manu. Idque coniectare se dicit ex re-  
 bus gestis ab Hercule, qui, etsi carmen ipsum haud sa-  
 tis memoriter teneo, memini tamen ipsum dicere, Hercu-  
 lem neque emptos, neque donatos Geryonis boues abegisse, ut-  
 pote naturali ipso iure dictante, & boues, & cetera om-  
 nia quae ab hominibus possidentur, illius qui praestantior  
 sit atque valentior, esse debere. Veritas igitur ita se habet.  
 idque plane cognoscas, si ad maiora te iam dimissa philo-  
 sophandi cura conuerteris: Nam philosophia quidem, o  
 Socrates, gratiosa res est, & venusta, si quis illam mo-  
 derate in adolescentiaque attingat. Sin autem supra modum  
 tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Quam  
 libet enim quis bono a natura sit ingenio praeditus, tamen si  
 diutius per aetatem iam prouectam philosophetur, necessa-  
 rio omnium rerum imperitus euadet, quarum omnino cla-  
 rum, bonum, excellentem virum habere pericia oportet.  
 nam & legum civilium, & verborum quibus in consue-  
 tudine ceterisque hominum tam publice quam priuatim vi-  
 decet, uoluptatum praeterea cupiditatumque humana-

Oratio Cal-  
 licli de phi-  
 losophia.



rum, & ut breuiter comprehendam, morum prorsus sunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam, vel publicam vel priuatam sese conferant, habentur ridiculi, quemadmodum & ciuiles viri, si in vestras exercitatione, disputationesq; descendant. Euenit enim illud Euripidis, qua in re clarus quisq; est, ad eam properat: et diei partem illi plurimam impartit, ut ipse se superet. Vbi vero inferior sit, inde fugit, illudq; vituperat: aliud vero laudat, quando sui ipsius beneuolentia existimans seipsum ita laudare. Verum praestare arbitror amborum participem fieri, philosophiae quidem quatenus disciplina gratia deceat, nec turpe quidem est adolescenti philosophari. sed cum grandior natu philosophiae adhibere incumbit, res est, Socrates, valde ridicula. Equidem similiter affectus sum erga illos qui philosophiae dant operam, atq; illos qui balbutiunt ac ludunt. Quoties n. aspicio puellum cui decorum adhuc est loqui ita balbutientem ludentemq; delector: festiuumq; & liberale mihi videtur, puerilemq; decere atatem. Quoties vero puellum audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auresq; offendit meas: atq; seruile quippiam praese ferre videtur. Caterum quum virum quis vel audit balbutientem, vel videt ludentem, ridiculum id quidem, a viroq; alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi euenit. In adolescente n. philosophiam dum cerno, valde delector, decensq; iudico, atque ingenuum esse hominem hunc existimo: cum vero qui non philosophetur, illiberalem, nec unquam praeclarum aliquid ac generosum de seipso praesturum. Sed quando grandiore natu philosophantem animaduerto, nequedum studia eiusmodi deserentem, verberibus iam hunc virum, Socrates, indigere censeo. Quippe quod, quemadmodum modo dicebam, huic accidat homini, ut etiam si ingenue indolis sit, tamen seruili euadit. fugit n. mediam ciuitatem, forensesq; consuetudines, in quibus poeta inquit viros fieri praestantissimos: absconditq; sese cum tribus vel quattuor pueris, & in angulis susurrando vitam ducit, nihil unquam liberale aut magnificum probaturus. Erga te autem Socrates bene amice affectus sum. Itaq; idem mihi erga te quod & Zetha erga Amphionem apud Euripidem, cuius modo mentionem feci, accidit. talia enim nunc mihi quaedam aduersus te dicere venit in mentem: qualia aduersus fratrem ille dicit. Profecto ea Socrates negligis, quae cura esse tibi conueniebat, atq; adeo generosa mentis praestantiam specie quadam puerili conformas, ut potest qui nec in iudicij consultationibusq;, si visus poscat verba recte facere, neq; conueniens quicquam probabilisq; eligere, nec alijs prompte consilium possis. Quare amice Socrates, ne mihi succeseas. Beneuolentia n. erga te mea ad haec preferenda nunc me adducit. Nonne turpe ducis sic comparatum te esse, quemadmodum arbitror, & te & alios oes qui philosophiam diutius persequuntur? Nempe si te nunc quis, aut alium e caetu vestro quempiam comprehendat, inq; carcerem trahat, atq; te iniuriam quamuis nullam inferas, inferre tamen accuset: certe quid ageres: non haberes: sed vacillares oscitaresq;, defensionis tuae prorsus ignarus. proinde adductus in iudicium, vel ab ignauo abiectoq; accusatore, ultimo supplicio, si modo illi placeret, afficereris. Iam vero quo id ad sapientiam spectat, o Socrates: si qua ars ingenue mentis nacta virum, reddit deteriore: adeo ut

nec ipse sibi opem ferre valeat: nec ex grauissimis periculis se, aut alium quenquam seruare, sed inimicorum raptorumq; exponat iniurijs inglorium in ciuitate degentem? Iam vero eiusmodi virum, etsi dictum sit agrarius, licet super genam impune pulsare. Quamobrem bone vir me audi, ac iam in Vanis versari argutis desine: decora reru gerendarum exerce officia, atq; ea ex quibus sapere videaris: ista vero arguta, siue deliramenta appellari oportet, siue nugae. Unde vacua habitada tibi domus sunt, alijs relinque. deniq; imitare non eos qui hac exigua captant, sed eos quibus virtus & gloria, & alia bona adsunt copulurima. SOC. Si aurea mihi, o Callicles, aia foret, nonne arbitraris me libenter reperiturum aliquem ex his lapidibus, per quos probari aurum solet optimum, ad quem iam admoens mecum, si ab ipso quasi recte educata approbaretur, certo scire me satis habere, nec probatione ulterius alia indigere? CAL. Quorsum haec, o Socrates? SOC. Dicam equidem. Nempe arbitror, cum te nactus fuerim, me iam preciosum hunc lapidem esse nactum. CAL. Quo ob causam? SOC. Quoniam certo scio ea quae tu mecum seruis, in his quae meus animus opinatur, fore proculdubio vera. Censeo namq; in eo qui alicuius probaturus sit animam, virum illa quidem recte instituta sit, necne, tria primum requiri, quae in te sunt oia: scientiam primo: deinde opinionem, prudentis scilicet atq; beneuoli: tertio audaciam. Nam multos equidem reperio qui me propterea recto examine probare non possunt, quod sapientes non sunt, quemadmodum tu esse videris. Alij vero sapientes quidem sunt, sed veritate mihi dicere nolunt, ex eo quod mei curam non gerunt, ut tu geris. Peregrini vero isti, Gorgias, & Polus, sapientes quidem sunt, meq; diligunt, verum deest eis audacia, verenturq; ultra quam oporteat. Quod quidem cuiusnam dubium esse possit? Quippe cum eo usque processerint verecundia, ut virique ob ipsam verecundiam in praesentia multorum hominum ausi fuerint sibipsum de rebus maximis contradicere. Quibus oibus quum alij careant, ipse habes. Principio es abunde liberaliter institutus quod multis, si opus sit, confirmaret Athenienses, mihiq; beneuolus: quod qua coniectura intellegam, tibi dicam. Noui equidem Callicles quattuor nos in sapientia studio socios: te scilicet et Thyandrum Aphidnaum, & Andronem Androtionis, Nausiclydemq; Chylargeum: atq; cum aliquando inter vos agitaretur, quorsum sapientia studendum foret, eiusmodi apud vos viciisse sententiam audiui: non esse ad exactam philosophiae diligentiam contendendum sed cauedum ne ultra quam deceat, sapientes facti clam uos ipsos deprauaretis. Quum igitur audio idem te mihi dare consilium, quod amicissimis tuis, abunde magnum argumentum est veri amoris ergo me tui. Postremo quod non desit audacia. Nec te pudor impediatur, & tu ipse affirmas, & oratio quam paulo ante hic habuisti, textatur. Cum haec igitur ita se habeant, si quid tu mihi in disputando concesseris, satis iam nobis probatum erit: neq; oportebit ad examen aliud id referre: alioquin tu nunquam id mihi concessisses, vel sapientia defectu, vel verecundia adductus, vel decipiendi causa. Amicus n. mihi es, ut ipse ais. Reuera igitur mea tuaq; confessio finem iam veritatis habebit. Harum vero consideratio reru in quibus me ipse corripuisti oim Callicles pulcherrima est: quale esse virum deceat: quidq;, et quorsum tam

in iuventute quam in senectute exercere conveniat. Ego vero siquid in vita mea minus recte ago, certum habeo me non sponte mea, sed inscitia potius aberrare, quam obre tu, quemadmodum admonere cepisti, perge quaso, planeq; mihi demonstra quidnam sit istud, & qua via conse qui valeam, quod mihi quarendum arbitraris. Quod si me consentientem tibi nunc habebis, postea vero qua assensus fuerim, minus prestare deprehendas, socordem omnino ignatumq; me putato, neq; ulterius in me admonendo quasi omnino perditam operam perdas. Resume vero mihi ab initio, quemadmodum tu & Pindarus dicebatis: iustum id esse natura, potentiolem per vim auferre ea qua imbecillioru sunt, & dominari meliorem deteriori, plusq; habere eum qui praestantior sit, quam qui abiectior. Num quid aliud dicis esse iustum? an recte memini? CAL. Haec & tunc dicebam, & nunc dico. SOC. Vtrum vero meliorem vocas eundem atq; potentiolem? Neq; enim tunc plane quid diceris, intelligere potui. num validiores appellas potentiores: oportetq; validioribus infirmiores obtemperare? Quemadmodum tunc videris demonstravisse, cu diceris magnas civitates adversus parvas naturali iure insurgere, propterea quod potentiores atq; validiores essent: quasi idem sit potentius validiusq; & melius. An fieri potest ut aliquis melior quidem sit, inferior tamen atq; imbecillior? Similiterq; ut potentior sit, deterior tamen? Vel eadem melioris atq; potentioris est definitio? Hoc ipsum mihi apertius explica, idemne an aliud sit potentius, & melius, atq; valentius. CAL. Equidem manifeste tibi assero idem esse. SOC. Nonne multitudo ipsa natura vno potentior est? qua quidem leges constituit super vnu, quemadmodum nuper ipse dicebas. CAL. Quid nisi? SOC. Multitudinis ergo leges potentiorum sunt. CAL. Omnino. SOC. Nonne igitur & meliorum? Qui enim potentiores sunt, ut ipse ais, multo sunt meliores. CAL. Sic certe. SOC. Nonne horum institutiones natura sunt recte, cu potentiores sint? CAL. Sic affirmo. SOC. Nonne multitudo statuit, quemadmodum nuper ipse dicebas, iustum esse servari inter omnes aequalitatem: atq; esse turpissimum iniuriam inferri quam pati? Estne ita an aliter? Ac vide me hic tu quoz ob verecundiam capiaris. Constituit multitudo ista necne: videlicet iustum esse servari aequitate, non aut aliam alio plus habere, atq; turpissimum esse facere iniuriam quam accipere? Nulla te Calicles invidia quaso quo minus ad haec respondeas detineat: ut si mecum sentias, abs te confirmet tanquam viro ad iudicandum abunde sufficere se. CAL. Sic vitz statuit multitudo. SOC. No ergo lege sola, & turpissimum est facere iniuriam quam pati, et iustum est aequitatem servare: sed et ipsa natura. Quapropter videris in superioribus non vere dixisse, neq; me recte accusavisse: cu contrarias inter se esse lege atq; natura affirmares, meq; haec animadvertente solere in verbis insidiari: atq; si quis secundum naturam loquatur, ad lege: si quis vero secundum lege, ad natura deducere. CAL. Hic vir nunquam desinet in nugis versari. Dic mihi Socrates, nonne te pudet, tam grandem natu, venari nomina? Atq; si quis verbo excidat, tanquam id tibi lucro veniat, impese captare? Putas me aliud dicere potentiores esse quam meliores? Nonne dudum dico id esse melius atq; potentius? An putas me dicere, si sex servorum hominumq; undiq; vili sumorum in vnum confluat, hos praeterquam fortasse corporis

vivibus esse potentiores: et qua hi statuunt esse iura? SOC. Agedum, o sapientissime Calicles, utane dicit? CAL. Et maxime quidem. SOC. At ego beate vir iandudum coniecto tale aliquid te potentias appellare: atq; interrogo cupiens quid velis aperte cognoscere. Nonne enim duos meliores esse vno iudicas? neque servos tuos te meliores, quia videlicet robustiores sint? Verum rursus a principio dicas quos tandem velis esse meliores, quando non validiores: & vide precor, o vir mirifice, ut mitius me doceas, ne a scholis tuis aufugiam. CAL. Ironice loqueris. SOC. Non per Zethum Calicles, quo tu fractus multa vsus adversus me nunc es ironia. Verum dic age, quosnam meliores appellas? CAL. Praestantiores equidem. SOC. Vides ergo, te nomina duntaxat dicere: ostendere vero nihil? non aperis meliores potentioresq; vtrum prudentiores an alios quosdam esse dicas. CAL. Per Iovem hoc dico, & maxime quidem. SOC. Saepe igitur vnus prudens compluribus imprudentibus iuxta sermonem tuum potentior est: atq; hunc par est dominari, ceteros vero subesse, plusq; habere eum his quibus imperat. Hoc enim dicere mihi velle videris (neque verba aucupor) si quidem vnus sit multis potentior. CAL. At haec ipsa sunt qua dico. Hoc enim arbitror ius esse natura: eum videlicet qui melior prudentiorq; sit, imperare, atq; plus inferioribus possidere. SOC. Siste parumper. quid tandem sentias, si hoc in loco, ut nunc congregati essemus multi: forentq; nobis communia esculenta, & poculenta complurima: nos vero ex variis hominum generibus essemus constati, partim quidem validi, partim vero imbecilles: vnus autem nostrum omnium circa haec prudentissimus fortasse medicus: ac foret hic, ut consentaneum est, alijs quidem robustior, alijs vero debilior: nonne hic prudentior, praetera melior, quantum ad haec pertinet, & potentior erit? CAL. Omnino. SOC. Vtrum vero horum esculentorum propterea plus illum quam nos, quia sit melior, capere decet? An potius ob eius praestantiam omnia distribuere delet, neque in distribuendo pro se plus retinere, alioquin multandus sit, sed alijs plus, alijs minus habere, ac si omnium debilissimus sit, minimum sibi quamvis optimo tribuendum est Calicles? nonne ita bonum est dicendum? CAL. De esculentis, & poculentis, & medicis atq; huiusmodi nugis verba facis, ego vero non de his loquor. SOC. Vtrum igitur prudentiorem esse meliorem dicis, necne? Responde. CAL. Equidem. SOC. At non oportet, ut melior plus accipiat? CAL. Non, de cibis atq; potionibus. SOC. Intellego. forte enim de vestibus. atque oportet eum qui sit in conficiendis vestibus peritissimus, magnam habere tunicam, ac multis preciosisq; ornatum incedere vestibus. CAL. Quas tu vestes mihi narras? SOC. At forsitan in calceis oportet eum plus accipere qui in eis prudentior sit, & melior: ac forsitan ipse coriarius maximos plus resq; habere debet calceos, multosq; suis pedibus circumferre. CAL. De quibus calceis nunc deliras? SOC. Quod si non talia, saltem eiusmodi quaedam dicis, ceu viru in colendis agris prudentem, honestumq; & bonu, debere plus reportare seminis, plurimoq; in suis agris vti. CAL. Quam semper eadem dicis, o Socrates? SOC. Non solum eadem Calicles, sed eisdem quoque de rebus. CAL. Per deos semper tu cerdones, coriarios, fullones, coquos, medi-

eos habes in ore, quasi de his instituta nobis disputatio fuerit. S. O. C. Nōne ergo ipse dices aliquando quibus in rebus potentior atq; prudentior iuste possidere plus debeat? Vel neq; me permittes dicere, neq; ipse dicet? C. A. L. At ego id iandiu dico: primo quidem qui potentiores sint, non enim cerdones dico, neq; coquos, sed eos qui in administranda republica sint prudentes: neq; prudentes: solum verametiam fortes, qui ad ea quae excogitauerunt perficienda aptissimi sint, neq; animi mollitie vlla succumbant. S. O. C. Aduertisne Calicles non de eisdem me abs te, atq; vicissim te à me accusari? Tu quidem me accusas quasi semper eadem repetam, ego vero te contra tanquā de rebus eisdem nunquam eadem afferentem. Si quidem alias meliores atq; potēiores esse definitis validiores, alias aut prudentiores. Nunc praeterea aliud quiddam affers. Fortiores. n. nunc quidam abs te potentiores melioresq; nominantur. Verum age tandem explica, quos potissimum & ad quid meliores potentioresq; appellas. C. A. L. Iam dixi, prudentes videlicet in rebus publicis atq; forte. Hos enim decet ciuitatibus imperare: idq; iustum est, ut plus alijs habeant dominantes videlicet subiectis. S. O. C. Quid vero? sibi ipsi vlla rōne dominari, siue parere decet? C. A. L. Quemadmodum dicit? S. O. C. Dico num sibi quisq; debeat imperare: an nihil opus sit, ut sibi quidem imperet, sed alijs duntaxat. C. A. L. Quomodo sibi met imperare dicit? S. O. C. R. Nihil obscurum dico, sed quemadmodum dicunt multi, temperatum, & sui ipsius competentem, voluptatibus suis cupiditatibusq; imperantē. C. A. L. Quam festiuus es, Socrates? stupidos homines nominas temperatos. S. O. C. Quid ais? nemo est, quin norit me id minime dicere. C. A. L. Imo valde quidem, d. Socrates. nā quomodo beatus esse potest, qui alicui seruiat? Caterum hoc est natura iustum atque pulchrum, quod tibi nunc audacter dico, oportere illum qui recte uitam acturus sit, permittere cupiditates suas summopere augeri, nec eas vilo modo cohibere: atq; his quam maximū quicquid petunt subministrare ob fortitudinem atque prudentiam: & quemlibet earum affectum prorsus explorare. Quod quidem quia multi consequi nequeunt, eos vituperant qui id assequuntur, ob verecundiam suam impotentiam abscondentes: feruntq; intemperantiam esse turpem, quem admodum in superioribus ipse dicebam. Praeterea in seruilium habitum deducunt melioris naturae homines: ipsiq; cum libidines suas explorare nequeant, temperantiam atque iustitiam probant propter ignauitiam. Verum si his à principio contigisset, ut vel regum essent filij, vel ipsis natura sufficeret ad imperium, aut tyrannidem, aut potestatem aliquam sibi comparandam, profecto turpius penusq; esset, ut huiusmodi temperantia vterentur: qui cum lucret ipsis frui bonis, nec impedirentur ab vilo, ipsi sibi dominam praefecerint multitudinis legem sermonemq;, & vituperationem. Quo enim modo non miseri sint? Siquidem propter quandam iustitiam, temperantiaq; honestatem, nihil plus amicis quam inimicis tribuerent, etiam dum in ciuitate sua dominarentur. Caterum, d. Socrates, veritas ipsa quam te sequi asfirmas, ita se habet: luxuria, intemperantia, libertas, modo facultas suppetat, virtus est, atque felicitas. Cetera vero isthaec speciosa praeter naturam adinuenta, hominum deliramenta sunt, & nugae penitus

contemnenda. S. O. C. Non ingenerose, d. Calicles, andacra vsus in disputando procedis. Sanē aperte nunc ea dicta sunt abs te, quae alijs cogitant quidem, dicere tamen nolunt: quamobrem te ut nullo modo desistas obsecro, ut reuera certiones efficiamur, qua sit ratione uinendum. Dic ergo mihi, cupiditates ais non esse coercendas: si quis optet, esse talis, qualem oportet esse, imo permitendum illas summopere augeri, atq; earum expletionem aliunde comparandam, idq; ais esse virtutem? C. A. L. Aio equidem. S. O. C. Si ita esset, non recte dicerentur beati, qui nullius indigeant. Alioquin lapides & mortui felicissimi foret. Verum tamen & illa quam tu dicitis, grauis est vita. Neq; admirarer si ea de re verū Euripidis dictum, Quis nouit vtrum viuere quidem mori sit, mori aut viuere? Et nūc forte reuera mortui sumus. Audiui iam equidem à sapiente quodam nos nunc mortuos esse, corpusq; nostrum sepulchrum esse nobis, partemq; illam animae in qua cupiditates sunt, perinde se habere ac si persuadendo vicissimq; dissuadendo, sursum deorsumq; agitur. Itaque elegans quidam vir Siculus fortasse vel Italus in his confabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemq; lubricam alludens nomini, dolium appellauit, Dementes vero prophanos atque damnatos. Horum autem hanc animi partem qua libidinibus agitur, tanquam futilem ob incontinentiam inexplebilem perforatū esse dolium, inquit. Quāobrem hō vir contrarium tibi ostendit, eorū qui apud obscuros sunt inferos, eos esse miserimos, qui tanquam oīno prophanis damnati sunt, atq; aquam in vas perforatū alio etiam perforato vase inferre coguntur. Esse aut hoc aliud vas, siue cribellum, ut dicebat is qui me docuit, dementium animum. quē ideo perforato vasi assimilauit, quod propter inuidiam affectio nem obliuionemq; nequeat infusum aliquid continere. Vi debentur haec alicui quodammodo mira, demonstrant tamen quod uolo, si qua ratione ualeam, persuadere tibi, ut pro inexplebili & incontinenti uitam moderatam praesentibusq; semper contentam rebus eligas. Sed utrum per haec tibi aliquid persuadeo? ut mutata sint a beatiores qui temperate uiuant quam qui intemperate putent? an nihil et proficio? atq; licet multa simili rōne confabuler, nihilo magis es sententiā mutaturus? C. A. L. Hoc, d. Socrates, uerius subiunxisti. S. O. C. Agedū tibi similitudinem aliquam ex eodem gymnasio adducā. Attende utrum perinde de utriusq; uitae, temperati scilicet atq; intemperati statuas, ac de duobus qui multa haberent vasa: & alter quidē integra atq; plena partim vini, partim mellis, partim lactis, aliaq; similiter aliorū: sin vero singulis hi liquores rari quidem, & inuentu difficiles, multiq; & grauibus laboribus comparati. His ergo cui plena sunt uasa, nihil superinfundere omnino curet, sed quātum ad haec attinet, quietem agat. Alteri vero liquores sint quemadmodum alteri, qui comparari quidē, sed tamen cū difficultate possint, vasa vero perforata atq; fracta, ac die nocteq; continue illa implere cogatur, aut extremis molestijs agitur. Quare cum talis sit utriusq; vita, temperatīne an intemperati beatiorē esse ais? An persuadeo tibi his uerbis, ut uitam hominis moderati meliorem esse immoderati concedas? Vel nondum persuado? C. A. L. Nequaquam, d. Socrates. Nam illi cui plena sunt oīa, nulla amplius est voluptas, sed quemadmodum modo dicebam, quasi

quasi lapis vivit, postquam semel impleverit, neque voluptatem sentit amplius neque molestiam. Dulcedo autem vitae in multa continuatur infusione consistit. S O C. An non necesse est si multum infusetur, multum vicissim effluere? CAL. Prorsus. S O C. Charadry avis. i. voraginis cuiusdam tu rursus vitam dicis: non autem mortui aut lapidis: atque mihi responde, num tale aliquid dicas velut esurire atque esurientem comedere. CAL. Dico equidem. S O C. Et sitire sitientemque bibere. CAL. Dico equidem: atque reliquis similiter cupiditatibus affectum esse, explereque eas posse cum voluptate, beatam esse vitam affirmo. S O C. Euge virorum optime, perge, ut cepisti: nec te pudeat. Oportet autem, ut videtur, me quoque pudore non detineri. ac primum mihi dicas utrum scabiosum qui sese fricat, idque continue facere queat, beatè vivere putandum sit. CAL. Quam ineptus es, o Socrates, ac reuera vulgaris concionator. S O C. Profecto o Callicles Polum quidem et Gorgiam conterrui, et erubescere compuli. Tu vero caute ne terrearis, neque pudore impediri. Fortis namque es, sed duntaxat responde. CAL. Dico utique fricantem quoque voluptuose vivere. S O C. Nonne si voluptuose, et beatè? CAL. Proculdubio. S O C. Vtrum si caput duntaxat fricat, vel amplius aliquid, a te quero. Vide quid respondeas Callicles, si quis te deinceps qui consequitur interroget: atque his quasi capitibus concessis cinadorum istorum vita nequaquam grauis, turpis, infelix, dicenda erit: an ipse audebis eos beatos dicere, si ad votum his, qui cupiunt, potiantur? CAL. An non te pudet o Socrates ad ista sermonem deducere? S O C. Ego non o genere rose vir deduco? an ille potius qui adeo impudenter asserit eos qui oblectantur, quocumque modo oblectentur, esse beatos: neque distinguit quae voluptatum bona sint, et quae mala? Verum nunc saltem dic, utrum idem esse asseras voluptatem atque bonum: an esse aliquid voluptarium quod non sit bonum. CAL. Vt mihi proculdubio ratum sit sermo, si aliud esse dixeris, id esse dico. S O C. Pernitens Callicles illa quae prius dicta sunt: nec amplius idoneus es ad illa quae perscrutamus inuestiganda, siquidem aliter quam tibi videtur es responsurus. CAL. Enimvero tu quoque Socrates. S O C. Atqui neque ego rectè facio, si id facio: neque tu. Sed o beatè vide ne hoc sit bonum omnino gaudere: alioquin quae nunc subducta sunt, multa et turpia atque alia insuper quamplurima euenire videntur, si hoc ita se habeat. CAL. Vt tu quidem putas o Socrates. S O C. Tu autem reuera haec affirmas? CAL. Affirmo equidem. S O C. Vt ergo quasi te serio loquente, disputationem aggrediamur? CAL. Volo certe. S O C. Age iam cum huius sententia sis, distictè ad haec mihi responde. Vocasne aliquid scientiam? CAL. Voco. S O C. Nonne fortitudinem quandam paulo ante cum scientia esse dicebas? CAL. Dicebam sane. S O C. Nunquid aliud fortitudinem, quam scientiam, quasi duo haec sint, dicebas esse? CAL. Maxime. S O C. Voluptatem vero atque scientiam, idemne an aliud esse? CAL. Aliud sapientissime vir dicebam. S O C. Nunc et fortitudinem a voluptate differre? CAL. Quidni? S O C. Age itaque, ut haec meminimus. Callicles quidem Acharneus voluptatem bonumque id esse dixit: sed scientiam, et fortitudinem tu inter se, tu a bono differre. Socrates autem Alopecetes ista non concedit. CAL. An non concedit? S O C. Arbitror

autem neque Callicle talia concessurum, ubi seipsum rectè considerauerit. Dic mihi felices, et infelices nonne contrario modo affici putas? CAL. Puto equidem. S O C. An non si contraria haec eorumque afflictiones inuicem sunt, necesse est ea ita se habere, quemadmodum sanitas atque morbus? non enim aliquis sanus simul est atque agrotat, neque simul cessat sanitas atque morbus. CAL. Quo pacto dicis? S O C. Assumpto toto si vis corpore ita considera, agrotantne alicuius oculi eo morbo, qui ophthalmia nonatur? CAL. Esto. S O C. Nunquid simul sani sunt? CAL. Non. S O C. Quando vero eo morbo quis liberatur, nunquid tunc sanitas oculorum cessat? et tandem morbus simul sanitasque discedunt? CAL. Minime. S O C. Mirum namque, ut arbitror, absurdumque id foret. CAL. Nimirum quidem. S O C. Sed, ut puto, vicissim capit, et amittit utrumque. CAL. Assentior. S O C. Robur quoque imbecillitatemque similiter. CAL. Certè similiter. S O C. Velocitatem rursus, et tarditatem. CAL. Certè. S O C. Nonne et bona felicitatemque, et horum contraria mala videlicet atque miseria, per vices accipit utrumque, per vices amittit? CAL. Omnino. S O C. Siqua ergo reperiamus a quibus aliquis liberatur simul et habet: nimirum haec non ita se habet, ut alterum quidem eorum bonum sit, alterum vero malum, haec ne confitemur? Quid responsurus sis, considera diligenter. CAL. Fateor proculdubio. S O C. Age utique ad illa quae prius concessimus reuertamur. Esurire voluptarium dixisti esse an molestum? De fame ipsa interrogo. CAL. Molestum equidem: at tamen famescens comedere, voluptarium. S O C. Ego quoque intelligo. at vero fames ipsa molesta est, an non? CAL. Molestum. S O C. Nonne et sitis? CAL. Vehementer. S O C. Vtrum ergo amplius a me queri vis? an confiteris indigentiam omnem atque cupiditatem doloris esse participem? CAL. Confiteor, ne vlti a gratias. S O C. Esto. Sitientem vero bibere voluptarium esse dicis? CAL. Dico. S O C. Ex hoc ergo quod ais sitientem quidem esse, dolorosum est. CAL. Est. S O C. Bibere vero expletio est indigentiae atque voluptas. CAL. Ita. S O C. Nunquid ergo qua ratione bibit, gaudere dicis? CAL. Maxime. S O C. Quatenus vero sitit, dolere? CAL. Certè. S O C. Scis igitur quid sequatur? videlicet fateri te dolentem gaudere simul, quando sitientem dicis bibere? An non simul id euenit eodem in loco atque tempore? siue animam, siue corpus respicias. Nihil enim refert, ut arbitror. Itane est an aliter? CAL. Ita. S O C. Veruntamen felicem esse simul et infelicem, impossibile esse dixisti. CAL. Equidem. S O C. At vero dolentem gaudere posse confessus es. CAL. Apparet. S O C. Quapropter gaudere non idem est atque esse felicem: neque dolere idem quod infelicem esse. Ideoque aliud voluptas est quam bonum. CAL. Nescio quid comenteris. S O C. Imo scis, sed fateri non libet, at perge quae so respondendo, utro non deliras, ut quam sapiens sis agnoscas, qui me castigas. Nonne vnusquisque nostrum sitire desinit, atque simul gaudere propter potum? CAL. Nescio quid dicas. G O R. Nequaquam ita o Callicles. Imo responde nostri gratia, ut disputatio coeludatur. CAL. At enim semper talis est Socrates. Exigua enim et nullius momenti perquirat atque redarguit. G O R. Quid tuarefert? Non enim hoc tuum officium est, sed permittite ut arguas arbitrati suo. CAL. Quare igitur Socrates de angustiis ac vilibus istis quando id Gorgia placet. S O C. Sicci ne beatus es, ut magna confectus

mysteria sis prius quam parua? Ego verò id fas esse non  
 iudicabam. Sed iam resumens vbi reliquisti responde.  
 An non simul desinit qui sfire atq; gaudere? CAL. Cō  
 cedo. SOC. Nōne & famescere aliasq; cupiditates habe  
 re simul atq; voluptates desinit? CAL. Ita est. SOC. An  
 non ergò dolores, & voluptates simul animi? CAL. Ita.  
 SOC. Veruntamen à bonis, & à malis non simul cessat:  
 Ut tu modo fatebaris. Nunc verò non confiteris. CAL.  
 Equidem. Sed quid tum? SOC. Nempe non eadē sunt ò  
 amice bona, & voluptuaria: neq; mala eadē atq; mole  
 sta. Ab his .n. quis simul cessat: ab illis verò nequa  
 quam, utpote alijs. Quānam igitur rōne voluptuaria ea  
 dē sint atq; bona? vel molesta eadē atq; mala? iam verò  
 si vis, hoc rursus pacto considera. Arbitror .n. nec per  
 hunc modum tibi consentiri. Attēde igitur: bonos viros  
 nōne bonorum p̄sentia, bonos vocas? quemadmodū pul  
 chros eos quibus pulchritudo adsit appellas. CAL. Equi  
 dem. SOC. Quid verò? bonos viros appellas demētes, &  
 timidos? non certē paulò antē, imò fortes prudentesq; di  
 cebas. Nōne hos ipsos nuncupas bonos? CAL. Omnino  
 equidem. SOC. Dementem autē puerum vidisti in quā  
 voluptate perfundi? CAL. Vidi. SOC. Virum autē de  
 mentē vidisti aliquando affici voluptate? CAL. Opinor  
 me vidisse. Sed quorsum hæc? SOC. Nihil refert: sed re  
 sponde. CAL. Vidi. SOC. Quid verò? sana mentis vi  
 rum dolentē vidisti atq; gaudentē? CAL. Certē. SOC.  
 Vri verò magis gaudent atq; dolēt: prudentēsne, an im  
 prudentes? CAL. Haud multū differre arbitror. SOC.  
 Satis est istud. In bello autē vidistine inquam virū timi  
 dum? CAL. Quādi? SOC. Quid verò cum recederent  
 hostes: vri videbantur tibi magis gaudere: timidine,  
 an fortes? CAL. Vriq; mihi magis gaudere, vel saltem  
 propē. SOC. Nihil refert. gaudent igitur & timidi.  
 CAL. Magnopere. SOC. Et demētes, ut apparet. CAL.  
 Et isti. SOC. Cum verò hostes aduentant, soline dolent  
 timidi, an et fortes? CAL. Vriq;. SOC. Nū similiter?  
 CAL. Fortē magis timidi. SOC. Abeūtibz autē nōne  
 magis gaudēt? CAL. Fortē. SOC. Non igitur dolēt atq;  
 gaudent imprudentes atq; prudentes, timidiq; & fortes si  
 militer, ut ipse ais: magis tamen timidi quam fortes?  
 CAL. Ato equidē. SOC. Veruntamen prudentes quidē,  
 & fortes boni sunt: timidi verò atq; imprudentes mali.  
 CAL. Ita est. SOC. Quāobrem aequē gaudēt atq; dolēt, et  
 boni, & mali. CAL. Assentior. SOC. An ergo aequē bo  
 ni maliq; sunt hi qui boni sunt, & qui mali? an potius bo  
 ni dūt axat qui boni sunt, mali verò qui mali? CAL. Per  
 ionē nescio quid inuoluas. SOC. An ignoras dixisse te bo  
 norū p̄sentia esse bonos: malos verò malorum? Bona autē  
 voluptates esse: mala verò dolores? CAL. Equidē. SOC.  
 Nōne igitur his qui oblectantur adsunt bona, videlicet  
 voluptates? si quidē oblectantur. CAL. Quid prohibet?  
 SOC. Nū p̄sentibus bonis boni sunt qui delectantur? CAL.  
 Sunt. SOC. Et dolētibz adsunt mala, scilicet ipsi dolo  
 res? CAL. Adsunt. SOC. Malorū verò copia malos esse  
 dicis qui mali sunt. nōne adhuc dicis? CAL. Equidem.  
 SOC. Boni ergò sunt qui gaudent: mali verò qui dolent.  
 CAL. Maximē. SOC. Et qui magis, nimirum magis:  
 quiue minus, et hi minus: et qui pariter, aequē. CAL. Ita.  
 SOC. Nūquid ais ita gaudere atq; dolere prudentes ut im  
 prudentes; rursusq; timidos atq; fortes? an magis et timi

dos? CAL. Ato. SOC. Reputa igitur unā mecū quid no  
 bis ex his q̄ cōcessa sunt eueniat. Bis .n. atq; ter pulchri  
 esse ferūt ea q̄ pulchra sunt dicere atq; considerare. Bonū  
 quidem esse prudentem fortemq; diximus, necne? CAL.  
 Diximus. SOC. Malum verò imprudentē & timidū?  
 CAL. Prorsus. SOC. Bonum autē rursus eū qui gaudet?  
 CAL. Ita. SOC. Malū verò eum qui dolēt? CAL. Ne  
 cesse est. SOC. Dolere verò atq; latari bonū malumq; si  
 militer: fortē et magis malū? CAL. Certē. SOC. Simi  
 liter ergò quis bonus fit, & malus bono, vel potius ipse  
 malus fit bonus, an non hæc, & superiora illa sequūtur,  
 si quis voluptaria eadem esse dixerit atq; bona? An non  
 necessario hæc sequuntur Callicles? CAL. Tandudum te  
 ausculto Socrates, tibiq; cōcedo, obseruans si quis vel ioco  
 aliquid tibi dederit, id puerorum more libentius te arri  
 pere: quasi verò existimare debeas, vel me vel aliū quē  
 quam non arbitrari alias voluptates esse meliores: alias  
 verò deteriores. SOC. Vhi vhiò Callicles quā astutus  
 es? me quasi puerū ludis, quandoq; in hunc modū rem ha  
 bere asserens, quandoq; aliter, me decipis. atqui non ar  
 bitrabar ab initio vtro deceptum iri abs te, cum sis ami  
 cus. Nunc autē nimium me fefellisti: atq; ut videtur,  
 quemadmodū vetus habet prouerbiū, necessario addu  
 cor ut p̄senti sorte pro viribus benē utar: & quod tu  
 das accipiam. Est autē, ni fallor, quod nūc asfers, eius  
 modi: voluptatum alias quidē bonas esse, alias verò ma  
 las. nunquid? CAL. Proculdubio. SOC. Bona verò nō  
 ne q̄ viles? Mala autē q̄ noxia? CAL. Ita certē. SOC.  
 Vtiles autē quæ boni aliquid asferūt: Noxia verò q̄ mali  
 nonnihil? CAL. Assentior. SOC. Nū igitur tales di  
 cis, velut in corpore quas modò dicebamus, edendi bibe  
 diq; voluptates? Nunquid .n. ex his illæ quæ valetudinē  
 præstant corpori, aut robur, aut aliam quandam corpo  
 ris virtutē, bona sunt: quæ contraria, mala? CAL. Pro  
 fus. SOC. Et dolores eodē pacto alijs boni sunt, alijs mali?  
 CAL. Nihil prohibet. SOC. Bonas quidē voluptates, &  
 dolores bonos eligere oportet, & prosequi. CAL. Pro  
 fus. SOC. Contra verò nequaquam. CAL. Manifestum  
 est. SOC. Nempe bonorum gratia agenda esse oīa  
 ego & Polus consensimus, an meministi? & tibi simili  
 ter videtur, hic esse finis oīum actionum: ipsum scilicet  
 bonum, eiusq; gratia cetera omnia facienda, non autem  
 ipsum gratia reliquorum? An tertius in hanc sententiā  
 nobis accedis? CAL. Equidem. SOC. Quāobrem bono  
 rum gratia oportet & alia, & voluptates sequi, non  
 autem bona gratia voluptatum. CAL. Prorsus. SOC.  
 An ergo cuiusq; viri est eligere quā nam ex rebus quæ  
 delectant bona sunt, quæ ue mala? An potius artificio  
 si viri opus est vtrūq;? CAL. Artificiosi. SOC. Recor  
 demur ergò illorum quæ ad Polum Gorgiamq; dixi. Nā  
 si meministi, esse facultates quasdam præparatrices di  
 cebam: alias quidem vsque ad voluptatem duntaxat,  
 quid melius deteriusue sit ignorantes, alias verò quid bo  
 num malūue sit cognoscentes. Ponebam prætereā earū  
 quæ circa voluptates versantur, coquinariū circa corpus  
 peritiā, sed non artem: earum verò quæ ad bonum in  
 tendunt, medendi artē. Et per ionem amicabile precor ò  
 Callicles, ne aduersus me iocēris: neq; quicquid tibi occur  
 rit respondeas, neq; et rursus hæc à me veluti iocum acci  
 pias. Vides enim ea de re nobis esse sermonem, quæ nihil  
 magis

magis nosse vir sane mentis contendat: quemadmodum videlicet sit viuendum: Vtrum quemadmodum in hor-  
 taris, illa agendo qua viri dicis esse officia: versantem  
 in populo atq; orante: rem p̄terea publicam gubernante,  
 ceu vos in praesentia gubernatis: an potius vita sit haec  
 philosophica capessenda, & qua in re hac vita differt ab  
 illa. Fortè vero operæ precium est, quemadmodum incepe-  
 ram paulo ante, distinguere: atq; deinde cū nobis de di-  
 stinctione conuenerit, si haec duplex vita est, considera-  
 re quid intersit, & qua potius viuendum. Sed fortassis  
 nondum quid dicam intelligis. CAL. Nondum certè.  
 SOC. At planius dicam. postquā confessi uterq; sumus,  
 esse quidē aliquid bonum, esse quoq; aliquid voluptariū.  
 sed aliud voluptarium esse, quā bonum: atq; utriusq;  
 horum studium, & praeparationem quandam esse ad ea  
 comparanda: alteram videlicet venationem boni, alte-  
 ram voluptatis: hoc ipsum primo antequam ulterius pro-  
 cedam, assentiris mihi necne? CAL. Assentior. SOC.  
 Age & illa quae ad vos dicebam mihi assentire, si modò  
 vera tunc loqui tibi sum visus. Constantè .n. affirma-  
 bam, non videri mihi coquinariam esse artem, sed peri-  
 tiam quandam. Medicinam verò esse artem, propterea  
 quòd medicina facultas illius quod curat naturā, & cau-  
 sam eorum quae agit expendit: ac horum cuiusq; reddere  
 rōnem potest. Altera verò voluptatis facultas ad ipsam  
 voluptatē circa quam totum eius versatur studium, oī no  
 absq; arte procedit, neq; voluptatis ipsius naturā conside-  
 ras neq; causam: temeraria prorsus, vt ita dixerim, neq;  
 pensi habens quicquam, sed vsu quodam atq; experientia  
 & memoria eius quod accidere consueuerit solum freta,  
 voluptates studiosè parat. Haec ergo primum perpende,  
 vñ sufficienter tibi dicta videantur. Nūquid p̄terea esse  
 putes tales quasdam circa aīam facultates, alias quidē  
 artificiosas, videlicet eius quod sit aīa optimū curam ge-  
 rentes: alias verò id negligentes, dum solum cogitant  
 quemadmodum & de corpore diximus, quo pacto oble-  
 ctare aīam queant. Quae quidem vtrum melior an dete-  
 rior sit voluptas, minimè cogitant: neq; aliud quicquā  
 curant, quā vt oblectent, siue melius id sit, siue dete-  
 rius. Mihi quidē videntur esse tales aliqua facultates,  
 vniuersumq; id ministeriū adulationē esse duco, tã circa  
 aīam quā circa corpus: & oī no circa aliud quodlibet  
 cuius voluptatē quis affectat, nulla prorsus melioris dete-  
 riorisue adhibita rōne. Tu verò vtrum in eandē nobiscū  
 snīam conuenis, an dissentis? CAL. Minimè quidē, imò  
 consentio, vt tibi quādoq; disputatio cōcludatur, & huic  
 Gorgia gratificer. SOC. Nūquid hoc circa vnam qui-  
 dem est aīam? Circa verò duas, vel plures nō est? CAL.  
 Non ita, sed & circa duas, & circa multas. SOC. Nō  
 ne & multis in vnum conuenientibus, gratificari quis  
 potest absq; vlla eius quod est optimum rōne? CAL. Sic  
 arbitror. SOC. Potēsne dicere quae studia sint q̄ hoc effi-  
 ciant? Imò si vis me querente, eam quidem quae talis ti-  
 bi videtur, concede esse talē. Quae verò non talis, nega.  
 Principio tibicinārum consideremus, an non tibi haec vide-  
 tur esse talis, vt aliud nihil quā aures delectare curet?  
 CAL. Mihi quidē. SOC. Nū & alia oēs eiusmodi qualis  
 eitharistica qua in certaminibus vtuntur? CAL. Certè.  
 SOC. Quid doctrina chori dithyramborumq; poësis, nōne  
 eiusmodi tibi esse videtur? An putas Cineasiam, Meletis

filium, vt tale aliquid dicat, vnde audientes meliores  
 reddantur spectare? Vel potius vnde theatri turba pla-  
 cere possit? CAL. Manifestum quidem hoc est, o Socrate-  
 tes, de Cineasia. SOC. Pater verò eius Meles, an ad id  
 quod optimū esset, proficere videbatur, cum ad eitharā  
 caneret? Vel ipse profecto ne ad voluptatē quidem? nam  
 molestus audientibus erat. Verum considera, nōne ci-  
 tharædica facultas omnis, dithyramborumq; poësis oble-  
 ctandi gratia tibi videtur inuenta? CAL. Mihi quidē.  
 SOC. Quid autē praecleara haec tragœdia atq; admiranda  
 poësis molitur? Nūquid studium eius conatusq; ad au-  
 dientium voluptatem solum tēdit? Vel si quid voluptua-  
 rium quidem atq; gratum sit, sed tamen malū, id caue-  
 bit ne vnquā dicat? Contra verò, si quid molestū, atq;  
 men vile fuerit, id & dicet, & canet; oblectetur nec-  
 ne audientes? Sed quidnam tragœdorū poësis elaborare  
 maxime tibi videtur? CAL. Constat eam ad voluptatē  
 gratiamq; spectantium potius declinare. SOC. Hoc ipm  
 paulo ante adulationē esse diximus. CAL. Planè. SOC.  
 Age vtiq; si quis auferat ex tota poësi concentum, &  
 rhythmum, atq; mensuram, aliudne quicquam prater  
 sermones quosdam supererit? CAL. Id ipsum. SOC. Pro-  
 fecto ad turbam populūq; hi sermones habentur. CAL.  
 Proculdubio. SOC. Popularis ergo oratio quaedam est poë-  
 sis. CAL. Apparet. SOC. Nōne rhetorica quoq; popula-  
 ris est oratio? An non rhetorica in theatris vti poëtæ ti-  
 bi videntur? CAL. Mihi quidem. SOC. Nunc ergo inue-  
 nimus rhetoricam quandā ad populū talem, qualis est  
 puerorum simul, & mulierum virorumq; & seruorū  
 atq; liberorū. Quā quidem haud valde probamus: quip-  
 pe cum adulatoriam eam esse cōfessi sumus. CAL. Sic est  
 profecto. SOC. Agedum quid de ea dicemus rhetorica,  
 qua ad Atheniensem aliarumq; ciuitatū populos ex viris  
 liberis cōflatos vtuntur? Qualis ea est? Vtrū tibi viden-  
 tur oratores ad id semper quod optimū sit, verba dirige-  
 re: id duntaxat spectantes, qua oratione ciues quā opti-  
 mi ex eorum orationibus euadant? an potius hi quoq; gra-  
 tiam auditorum aucupantur boni duntaxat proprii gra-  
 tia, publico interim neglecto cōmodo? Nam perinde atq;  
 pueros, populū tractant, intenti duntaxat ad gratiam:  
 nihil verò curantes, vtrū ob hoc meliores, aut deteriores  
 reddantur. CAL. Haud simplex .i. quod interrogas.  
 Sunt .n. qui in orando vtilitati ciuium consulunt: sunt  
 & alij tales, quales ipse narras. SOC. Satīs est. Si .n.  
 & hoc est duplex, alterū quidem eius membrū adulatio  
 erit, turpisq; concionatio: alterū verò pulchrū, studere  
 videlicet, vt aī ciuium quā optimi fiant, semper pro  
 audientiū vtilitate certādo, siue placeant, siue displiceāt  
 quā dicuntur. Verum tu certè oratoriā eiusmodi vidisti  
 nunquā. Quòd si inter oratores talem quēpiam habes, cur  
 non & eū mihi ostendisti? CAL. Per Ionē ex oratoribus  
 qui nunc sunt, talē habeo nullum. SOC. Nū autem in-  
 ter veteres aliquem indicare potes, per quem Athenien-  
 ses facti aliquando sint meliores, postquam ille orare cœ-  
 perit, cū prauī antea fuerint? Ego .n. quis sit talis, igno-  
 ro. CAL. Quid verò Themistocle non audis virū bonum  
 fuisse? & Cimonē, & Milciadē, atq; Pericle hunc nu-  
 per vita functū? quē ipse quoq; orantē audisti. SOC. Si  
 quidem est, o Callicles, vera virtus, quā in superioribus  
 ipse dicebas, cupiditates videlicet suas, aliorūq; explorere.

Quare me-  
 dicina sit  
 ars.  
 Vide q̄ sint  
 ipsa pitia.

Poesis sine  
 concentu et  
 numeris, nō  
 aliud est,  
 quā ser-  
 mo popula-  
 ris.  
 Ostenditur  
 rhetorica  
 adulatio.

At si

At si id aliter habet, atq; veluti postea in disputando fa-  
teri compulsi sumus, cupiditates illas quæ meliorem effi-  
ciunt virum, exequi oportet, alias vero minime, atque  
huius rei cum ars quædam extet, artificemne eius aliquem  
demonstrare mihi potes? CAL. Non habeo equidem quid  
dicam. SOC. At vero si ritè quasiueris, inuenies. Vi-  
deamus iam sic planè considerantes, num aliquis horum  
talis extiterit. Dic age. bonus vir atq; ad id quod opti-  
mum sit, verba faciens, nõ temere dicet, sed ad aliquid  
certè proficiet, quæadmodum & alij oēs artifices, quorũ  
suum quisq; opus obseruat, nec casu quod ad usum opus  
conferat, eligit, sed quemadmodũ ad propositũ sibi ex-  
plar opus speciem aliquam consequatur. Veluti si intueri  
placet pictores, & architectos, & fabros nauium, aliosq;  
oēs artifices: quiuis eorũ in ordinẽ quædam singula vbiq;  
disponit, cogitq; alia alijs conuenire atq; congruere, donec  
totum constituatur quodam ordine exornatum. Id ergo  
oēs agunt artifices, atq; hi quos in superioribus dicebamus  
pædrotina & medici similiter faciunt circa corpus. Or-  
nant .n. ipsum atq; componunt. Cõfitemur id ita se habere  
necne? CAL. Sit ita. SOC. Domus igitur ornatum &  
ordinẽ affecuta, bona erit: si minus, mala. CAL. Af-  
sentior. SOC. Et nauigiũ eodẽ pacto. CAL. Eodẽ. SOC.  
At qui & corpora nostra similiter. CAL. Similiter. SOC.  
Quid verò animus, si ordinis fuerit expers, nõ bonus erit?  
an potius si ordinis ornamentiq; compos? CAL. Necessa-  
riũ est ex superioribus hoc quoq; fateri. SOC. Quod ergo  
nomen est ei quod in corpore ex ordine ornatumq; efficitur?  
CAL. Sanitate, & vires fortasse dicis. SOC. Dico equi-  
dem: quod verò nomen ei quod in animo ex ordine fit atq;  
ornatu, conare inuenire atq; exprimere, huius quemad-  
modũ & illius? CAL. Cur non ipse dicis Socrates? SOC.  
Si ita tibi placet, dic: tu verò si vera loqui videbor, cõ-  
cedito: sin minus, reprobo: nec villo modo condonato.  
Mihiquidẽ videtur ordinationi corporis nomẽ esse sanũ,  
ex quo & ipso fit sanitas, aliq; corporis virtus. Itane est,  
an aliter? CAL. Ita. SOC. Animi verò ordinationi atq;  
ornatui, legitimũ lexq; esse nomen, vnde legitimi fiunt  
hõies atq; decori. hæc verò sunt iustitia atq; temperantia.  
Assentiris, necne? CAL. Esto. SOC. An nõ igitur ad  
hæc artificiosus ille rhetor bonus respiciens, verba sua ho-  
minum animis adhibebit: actionesq; oēs, & quicquid vel  
concedet aliquando, vel negabit, ad id semper intendet,  
vt ciuium animis iustitia quidem insit, iniustitia verò  
absit: rursus adsit temperantia, intemperantia verò ej-  
ciatur, ceteraq; virtutes colantur, prauitas expellatur?  
Concedis, necne? CAL. Concedo equidẽ. SOC. Quidnã  
confert õ Callicles, corpori agrotanti maleq; affecto, ci-  
bos multos suauissimosq; præbere, aut potum, aut aliud  
quippiam quod non sit profuturũ? hoc est plus vel minus  
vel contrarium quàm iusta dicat ratio. Sunt hæc, vel  
non? CAL. Sint. SOC. Non .n. prodesse arbitror hõi, in  
afflicto corpore viuere. Sic .n. necesse est viuere malè.  
nõne ita est? CAL. Ita. SOC. Nõne cupiditatibus sa-  
tisfacere, veluti esurientem comedere quantũ vult, vel  
sitientẽ bibere quatenus placet, sanum quidem hõem me  
dici plerunq; permittunt: agrotantẽ verò nunquam, vt  
ita dixerim, appetitus suos implere permittunt? Cõcedis  
hoc & ipse? CAL. Concedo. SOC. Ad animũ quod atti-  
net, an non eadem est ratio? Quatenus .n. prauus sit &

Sanum in  
ordinatione  
corporis.  
Legitimum  
et lex in or-  
dinatione a-  
nimi, quæ  
iustitia &  
temperan-  
tia est.

demens, atq; intemperans iniustusq; & impius, cõercen-  
dus nimirum est à cupiditatibus, neq; permittendus alia  
facere quàm illa ex quibus euadat melior. Cõsentis nec-  
ne? CAL. Consentio. SOC. Ita .n. ipsi animo expedit. CAL.  
Prorsus. SOC. Nõne cõercere, est ab his qua cupit,  
continere? CAL. Est. SOC. Continentia igitur melior est  
animò quàm incontinentia, quemadmodum ipse modo sta-  
tuebas. CAL. Nescio quid dicas Socrates. itaque alium  
quemuis interroga. SOC. Hic non sustinet vt ipsi quod  
vile sit, afferatur, atq; eam de qua nũc sermo habetur,  
continentiam consequatur. CAL. Nulla õ nõ tuorũ mihi  
verborũ cura est, õ Socrates, atq; hæcenus Gorgia gra-  
tia tibi respondi. SOC. En quid ergo agemus? nõquid  
sermonẽ medium abrupemus? CAL. Ipse videris. SOC.  
At nefas esse aiunt, mancas dimittere fabulas, imò co-  
lophonem imponendum esse, ne absq; capite oberrent. Re-  
spõde ergo ad reliqua, vt sermo hic noster caput sortiatur.  
CAL. Quàm violẽtis es õ Socrates? Profecto si mihi cre-  
dis, hanc disputationẽ iam dimittes, vel cum alio dispu-  
tabis. SOC. Quisnam vult alius, ne imperfectum relin-  
quamus sermonem? CAL. An non ipse sermonem potes  
percurrere, vel enarrando, vel tibimet respondendo? SOC.  
Ne mihi Epicharmi illud accidat, quæ prius narrabant  
duo, nunc ad illa vnus sufficiam. Veruntamen videtur  
sic õ nõ necessarium esse. Si tamen id faciemus, puto e-  
quidem oportere nos oēs certatim ad id cõtendere, vt quid  
in his quæ dicimus, verum, quidue falsum sit, cognosca-  
tur. Commune .n. est hoc in omnibus bonum, vt hic vni-  
euiq; constet: prosequor igitur ego ipse sermonem, quo pa-  
cto se habere videtur. Quod sicut vestrum forte mihi ipsi  
quæ vera non sint, videbor concedere, vestrum erit oby-  
cere atq; redarguere. neq; .n. tanquam sciens dico illa,  
sed verum vobiscum cõmuniter indagans. Quapropter  
siquid rectè dicere videbitur qui me reprehenderit, ego  
primus assentiar. Hæc tamen ea mente dico, si modo ser-  
monem perficiendum esse putatis. Sin minus, omittere  
iam atq; abeamus. GOR. At .n. nondum mihi abundã  
videtur, imò disputationem à te esse perficiendam. Puto  
aut ceteris quoq; idem videri, & ipse percipio reliqua  
ex te ipso audire. SOC. Atqui õ Gorgia, libenter ad-  
huc cum Callicle disputarem, donec pro Zethi Amphio-  
nis dictum illi redderem. Sed quando tu Callicles dispu-  
tationem recusas perficere mecum, saltem ausculta atq;  
argue, siquid minus rectè dicere tibi videbor: quod si me  
conuiceris, haud infestus ero tibi, quemadmodum mihi  
tu, sed pro maximo beneficio id adscribam. CAL. Dic tu  
ipse bonè vir, & quod instituiisti, absolue. SOC. Audi  
me igitur disputationem ab initio repetentem. An idem  
est voluptas atque bonum? certè non idem, vt ego &  
Callicles confesi sumus. An voluptatẽ boni gratia, vel  
bonum gratia voluptatis sequi debemus? Voluptatem  
certè gratia boni. Est autem voluptas qua presente gau-  
demus. Bonum verò quo presente boni sumus. Prorsus.  
Boni verò sumus, & nos & quacunque alia ob presen-  
tem virtutem quandam. Sic .n. õ Callicles necessarium  
esse mihi videtur. At virtus cuiusq; siue instrumenti, siue  
corporis, siue animæ, non temere vtiq; adest, sed ordine  
rectitudinẽq; & arte q; horum cuiq; tradita sit. Nõquid  
hæc ita se habent? Mihi quidem sic se habere videntur.  
Quãobrem ordine ordinatũ ornatumq; esse est cuiusq; virtus.

Nempè

Nempè sic ego fatever. Itaq; ornatus quidam proprius vnicuiq; insitus, quodlibet efficit bonum. Mihi quidem sic apparet. Quapropter anima qua proprium habet ornatum, melior est illa qua ornatus est expers. Necessè est. Iam verò qua habet ornatum, ornata est atq; modesta. Quidni? Talis verò est & temperans. Necessè est oñi. Qua verò temperans, est & bona. Equidem o amice Callicles, quo pacto aliter dicam, non inuenio. Tu verò siquid habes aliud, doce. CAL. Dic tu bone vir. SOC. Dico igitur, si temperatus ams bonus est, cõsequi vt qui contra atq; temperatus affectus est, sit malus. Est verò talis intemperatus ams & incontinens. Sic est oñi. Temperatus aut agit decentia erga Deos atq; hoies. Non enim temperatus esset, nisi decorum seruaret. Necessè est sic esse. Proinde qui decetia inter hoies agit, iuste agit: & agens similiter erga Deos, agit pie. Eum verò qui iusta piag; agit, necessè est esse iustum atq; pium. Sic veritas habet. Præterea fortem hunc esse necessè est. Nõ. n. temperati viri est, vel prosequi, vel fugere aliter quam decet. imò oportet & res singulas, & hoies ipsos, & voluptates atq; molestias tum fugere, tum prosequi, tum etiam tolerare vbi sit opus. Quamobrem oñi no necessariũ est temperatũ virum, cum vt diximus, iustus & fortis sit & pius, esse perfectè bonum. Bonum verò benè honesteq; agere quicquid agat. Eum aut qui benè agit, felicem esse atq; beatum. Improbum verò ac malè agentem esse miserũ. Talis aut est qui aliter est affectus quam temperatus: videlicet qui intemperatus est, quem ipse laudabas. Ego igitur hæc ita statuo, & esse vera sentio. Quamobrem si ita se res habet, quicunq; optat beatus fore, temperantiam sequi exercereq; debet: intemperantiã verò fugere, quantum cuiusq; nostrũ pedes valent, atq; ita sese comparare, vt non indegeat castigatione atq; pœna: si verò indigeat vel ipse, vel alius quiuis familiarium, siue priuatus, siue ciuitas, adhibita pœna coercendus est, si modo futurus sit beatus. Hoc mihi videtur esse signum ad quod prospicientes dirigere vitam debemus, oia tam publica quam priuata ad hoc referentes, vt iustitia & temperantia illi adsit qui futurus sit felix: non aut cupiditatibus omnia permittenda sunt: quas explere conari, inexplebile malum est, latronisq; more vitam agere. Neg. n. cuiquam hominum is qui eiusmodi est, charus vnquam erit, neq; Deo: quippe cui societas cum alijs nulla esse possit. Cui verò nõ sit societas, ei nec amicitia et vnquã constabit. Tradunt aut sapientes, cœlum & terram, Deosq; & hoies societate quadam & amicitia, modestoq; ornatu, & temperantia & iustitia contineri: atq; id vniuersum præterea mundũ ornatumq; appellat, non immuditiam, neq; intemperantiam. Qua tu quãuis sapiens, mihi videris aduertisse nunquam. Nam te latuit geometricam equalitatem in Deis atq; hominibus valere quã plurimũ. At verò tu in rebus omnibus prærogatiuam exercendã putas: Geometriã nãq; contemnis. Age itaq; vel refellendus est sermo ille noster, quasi non iustitia temperatiãq; possessione beati fiant quicunq; beati, prauitatis verò miseri: vel si verus est, cõsiderandum est quid sequatur. Nempè priora illa consequentur oia, in quibus à me an serio loquerer, inquirebas. Ergo verò accusandũ esse & seipsum & filium & amicũ, siquid iniuste fuerit perpetratũ, atq; ad id vtendum esse

rhethorica, asserebam. Et qua tu Polum Verecundia adductum putabas concessisse, vera vtiq; erant: videlicet iniuriam facere, quanto turpius est quã sustinere, tanto esse etiam deterius: atq; cum qui reclus futurus sit orator, oportere iustum esse, & q; iusta sunt, scire. Quod quidem rursus Gorgiam ob Verecundiam concessisse Polus ait. Cum verò hæc ita se habeat, consideremus qua sunt illa in quibus me ipse vituperas: num rectè dicatur, necne, me videlicet nõ posse vel mihi, vel amicis atq; domesticis opẽ ferre, neq; ex maximis periculis liberare, at esse me in potestate libidineq; cuiusq;, quemadmodũ abiectionis simi quiq; solent, siue pulsare velit quis, vt tu iactabundus dicebas, super genam, siue pecunias rapere, siue vrbe expellere, siue vltro supplicio afficere. Ita verò comparatum esse, rem turpissimam oium esse dicebas. Mea verò snã iam sapius dicta, atque rursus nihilõ prohibente dicenda, contra se habet: videlicet non esse turpissimum iniuste genam percuti, vel corpus mar supiumue cadi, sed percutere iniuste atq; cadere mihi, meisq; turpius atque deterius. Item furari, & in seruitutem adducere, murosq; suffodere, atq; summatim quamlibet iniuriam facere, esse ei qui facit deterius simul & turpius quã accipere. Hæc superius à nobis concessa, vt ego assero, continentur atq; vincuntur, & si dictu rusticus est, ferreis adamantinisq; rōnibus, quibus, vt ita sentia, adducor. Quas nisi tu aut aliquis te robustior dissoluat, fieri non potest vt aliter quã vt nunc ipse dico, rectè dicatur. Nã mihi quidem semper idem permanet sermo, me videlicet hæc nescire quo pacto se habeant, attamen nullum eorum qui cum hæctenus locutus sum, quemadmodum modo vobiscum, potuisse vnquam aliter dicendo non ridiculum apparere. Quamobrem hæc iterum statuo ita se habere. Quod si ita se habeant, atque iniuria maximum qui eam facit est malorum, illud insuper maius est iudicandum, videlicet ipsum qui fecerit, nunquam dare pœnas, quod tandem auxilium erit illud, quod quisquis cum sibimet afferre non possit, reuera sit contemnendus? Nõne hoc quidem maximũ à nobis amoueat detrimentum? Profecto necessè est hoc esse turpissimum, non posse auxilium eiusmodi præstare sibip̃si, amicisq; ac propinquis. Secundum verò auxilium aduersus malum secundum, tertium contra tertium, ceteraq; similiter, prout cuiusq; mali magnitudo se habet. ita vt pulchrum est opem afferre posse, & turpe non posse. Nunquid aliter quã sic se res habet Callicles? CAL. Certè non aliter. SOC. Cum igitur hæc duo sint, facere iniuriam. ac pati, maius vtiq; malũ esse dicimus inferre, minus autem pati. Quõdnam igitur auxilium sibi comparans aliquis, vtrunq; potissimũ consequeretur, vt neq; inferat iniuriam, neq; accipiat? vtrum potentiam an voluntatem? Sic aut dico, vtrum si nolit pati, iniuriam non patietur? an si potentiam sibi comparauerit, ita duntaxat non patietur. Constat certè si potentiam. Quid aut in inferendo? vtrum si quis iniuriati nolit, satis erit remediũ? Neg. n. iniuriam inferet. An ad hoc insuper potentia qdam & ars est comparanda, quã nisi quis didicerit atq; exercuerit, iniuriã faciet? Cur nõ mihi ad id saltè respoñdes Callicles? vtrũ ego atq; Polus tibi videmur rectè superioribus coacti rōnibus fuisse necne? quando confessi sumus, neminẽ volentem iniuriam facere, sed inuitos hanc inferre quicunq; inferat.



CAL. Esto tibi id ita Socrates, ut disputationem hanc concludas. S O C. Ad hoc itaq; potentia quadam & ars comparanda videtur, ne cui faciamus iniuriam? CAL. Omnino quidem. S O C. Quanam igitur ars est ad facultatem comparandam, per quam vel nullam quis, vel minimam iniuriam patiatur? Considera utrum tibi idem videatur quod & mihi. Mihi quidem ita videtur, vel oportere principatum in rep. obtinere, vel usurpare tyrannidem, vel cum presenti gubernatione habere commercium. CAL. Vides o Socrates, quam paratus sim, siquid recte dixeris, comprobare. Profecto id mihi recte nimium abs te dictum fuisse videtur. S O C. Considera preterea hoc, si recte dicere tibi videor. Amicus mihi videtur quisque esse cuius maxime, quemadmodum antiqui sapientes tradunt, ut maxime similis est. nonne & tibi? CAL. Mihi quidem. S O C. Nonne ubi tyrannus ferus rudisq; dominatur, siquis ea in urbe multo melior sit, tyrannus hunc formidat, atq; huic nunquam tota mente amicus esse poterit? CAL. Sic accidit. S O C. Neq; si multo sit deterior? contemnet. n. eum tyrannus, neq; unquam tanquam erga amicum afficietur. CAL. Vera narras. S O C. Solus ergo amicus huic esse poterit apud eum existimatione dignus, qui cum moribus similis sit, eademq; laudet atq; vituperet, subesse velit domino & parere. Hic nimirum magna in ea ciuitate habebit potentiam: hunc iniuria impune nullus afficiet. nonne ita se res habet? CAL. Ita. S O C. Si quis ergo in hac urbe ex ipsa iuuentute cogitet, qua potissimum ratione magna comparare potentiam valeat: adeo ut nullus iniuria sibi queat inferre: hac ipsa, ut videtur illi, via est, statim ab adolescentia seipsum assuefacere, ut eiusdem gaudeat atq; doleat, quibus & dominus: atq; ita se comparare ut illi sit quam maxime similis. nonne ita? CAL. Ita. S O C. Hic ergo, ut praesens sermo significat, assequetur, ut iniuria inferri sibi non possit, magnamq; habeat in ciuitate potentiam. CAL. Prorsus. S O C. Numquid etiam assequetur ut iniuriam inferat nemini? an potius multum abest? siquidem iniusto percipi similis erit, magnaq; autoritatis apud eum. Verum puto eiusmodi vita statum huic ad id accommodatissimum esse, ut quam maxime facere iniurias possit, poenasq; iniuriarum penitus deuitare. nonne ita? CAL. Apparet. S O C. An non hic malo occupabitur maximo, cum flagitiosus sit, animumq; infectum habeat ob imitationem domini similemque potentiam? CAL. Nescio quomodo sermonem o Socrates, sursum deorsumq; vertas. An nescis eum qui sic imitatur, posse eum qui non imitatur, occidere, modo velit, patrimonioq; expoliare? S O C. Scio equidem o bone Callicles, nisi surdus sim: cum non solum abs te, verum etiam a Polo nuper, & a ceteris ferme omnibus in ciuitate idem frequenter audierim. at ipse me audi. profecto interficiet, modo velit: sed malus honestum atq; bonum. CAL. At hoc ipsum grauius est ferendum. S O C. Non certe viro mente ac ratione praedito, ut & tuus sermo significat. An putas in hoc ipso multum ab homine laborandum, ut quam diutissime uiuat, easq; artes meditetur, quae nos seruare semper a periculis possunt, qualis rhetorica est, ad quam tu me capeffendam exhortaris: eo quod in iudicijs nos saepe seruet. CAL. Per Iouem tibi recte consulo. S O C. Quid vero vir optime? nandi peritia pericula tibi videtur? CAL. Non per Iouem. S O C. Attamen seruat hac homines ab interitu, quoties illuc inciderint, ubi eiusmodi

arte sit opus. Quod si haec tibi videtur exigua, ego maiorem hac adducam, gubernatoriam scilicet, quae non solum vitam, verum etiam corpora & pecunias ab extremis seruat periculis, non secus quam rhetorica. atq; haec tamen humilis est atq; modesta, non iactabunda, neq; ampullosa, quasi mirabile aliquid consecuta. Sed cum eadem efficiat quae rhetorica, si ab Aegina hucusq; nos seruet, duos duntaxat exigit numos. Si vero ex Aegypto, vel Ponto salua reduxerit quae modo dicebam, nos & filios uxoresq; & diuitias, duas drachmas exposulat: atq; ipse hac arte praeditus, quiue haec perfecere, descendens, in litoreq; secus mare nauemq; deambulans, nequaquam se effert, neq; instatur. Animaduertit. n. ut arbitror, incertum esse utrum profuerit vel obfuerit illis quos seruaui, ne fluctibus mergerentur: intelligens se nihil vel corpore, vel animo meliores reduxisse illos quam acceperit ab initio nauis ingredientiens. Cogitat ergo siquis magnis insanabilibusq; morbis corporis pressus in mari non pereat, hunc ideo miserum esse, quia non perijt, nec ullam ab ipso suscepisse utilitatem. Si quis autem animo, qui corpore preciosior est, multos insanabilesq; habet morbos: nunquid huic viuendum est? eiq; vtilitatem afferret, siue ex mari, siue ex iudicio, siue aliunde quis ipsum seruet? Sed profecto nouit, flagitiosum hominem ut uiuat non expedire. Necessesse est. n. ut male uiuat. Quamobrem nulla extat lex per quam gubernator quamuis nos seruet, gloriari possit, atq; in honore haberi. Ceterum ipse machinarum faber, qui ne dum gubernatore, sed et exercitus duce, vel quouis alio non minus interdum seruare potest, eo quod ciuitatibus interdum totis salutem praestet, nunquid causidico aequiparandus esse videtur? Qui si vellet hic quemadmodum vos rem suam extollere, nimirum vos verbis obrueret, exhortans omnes ut fabri machinarum efficiantur: quasi nullius momenti sint cetera. Non enim sibi deesset materia. Verumtamen hunc ipse artem eius nihilo minus contemneres, ac velut per contumeliam machinarum vocitares, nec eius filio collocare in matrimonium filiam tuam velles, neq; et filiam tuam eius ducere. Quamuis ex quibusdam rationibus facultatem tuam laudas, quoniam pacto vel machinarium, vel alios, quos paulo ante commorauimus, iuste poteris aspernari? Dicitur te arbitror, meliorem esse te, atq; ex melioribus ortum. Ipsum vero quod melius dicitur, si non est id quod ego dico: sed hoc ipsum, virtus est, seruare seipsum qualiscumq; sit, atq; sua: certe ridicula tibi vituperatio est aduersus machinarum, vel medicum, aliasue artes, quocumq; salutis gratia sunt inuenta. Ceterum o beate, vide ne aliud sit generosum atq; bonum, quam seruare atque seruari. Neq; n. viuere hic quantumcumq; tempus, optandum est viro qui verum sit vir: neq; vita haec amanda est, sed haec Deo cura relinquenda: mulieribusq; adhibenda fides, quae dicunt neminem vitare posse fatum: id in primis consideret quisq;, qua ratione hoc ipso tempore quo vita fungitur, quam optime uiuat. Nonne id fiat si ciuibus quibus cum uiuit, persimilem se praestet? & nunquid oporteat te nunc similitimum euadere Atheniensium populo, si amicus huic sis futurus, magna inter illum autoritatis? Considera igitur utrum id tibi mihi expediat, necne: Neue id nobis, o beate vir, eueniat, quod Thessalicis mulieribus deducibus lunam enenire tradunt, cum amicisimam optio nobis sit huius potentia. Si autem ipse putas quempiam hominum artem quandam eiusm

eiusmodi traditurum, per quam in ciuitate hac potens efficiaris, quamuis gubernationi publicæ sis dissimilis, siue melior, siue deterior, haudquaquam recte, ut mihi videtur, ò Callicles, cogitas. Non enim imitatore, Verum ipsa natura persimilem esse tibi oportet, si magnū aliquid ad beneuolentiam Atheniensis populi comparandam sis consecuturus, ac per Iouem insuper Pyrilampi. Quisquis te his efficiet similem, is faciet quemadmodum cupis, ut ciuili sis, atq; rhetoricus. Nepe omnes tibi uerbis quæ suis moribus cōsentanea sunt, delectantur, diuersisq; turbantur. Nisi tu forte, ò lepidum caput, aliud offeras. Dicemusne aliquid ad hæc Callicles? CAL. Nescio quomodo bene dicere mihi uideris, ò Socrates. Euenit mihi tamen, quod multis accidere alijs consuevit: nam haud magnam tibi habeo fidem. SOC. Amor populi, ò Callicles, tuo insitus animo, restitit mihi: Verum si sapius meliusq; hæc eadem considerauerimus, tibi forte probabilia uidebuntur. Recordare igitur duas à nobis narratas esse præparaciones tam corpus quam ad animum pertinētes. Quarum altera quidem tendat ad uoluptatē, altera uero ad id quod melius est, non gratificans, sed repugnans. Nōne hæc in superioribus definiuimus? CAL. Prorsus. SOC. Et quæ declinat ad uoluptatem, seruilis: neque quicquam aliud quam aduatio est. nōne ita? CAL. Est. si quidem ita placet. SOC. Altera uero studet, ut quam optimum fiat, siue anima sit, siue corpus id quod curamus. CAL. Omnino. SOC. Igitur sic rei publicæ ciuiūq; capessenda nobis est cura, ut ciues ipsos bonos efficiamus. Alioquin quemadmodum superius meminimus, nihil prodest beneficium aliud conferre, nisi honesta & bona sit mens eorum qui accepturi sunt, uel pecunias multas, uel imperium, uel aliam quālibet potestatem. Ponimus sic esse, necne? CAL. Prorsus, si tibi placet. SOC. Si ergo nos inuicem, ò Callicles, cohortemur, publice ciuilia pertractantes ad murorum, uel naualiū, uel templorum ingentia ædificia: nunquid necesse considerare nos ipsos atq; disticere: primū quidem an eius artis peritiā habeamus, necne: & à quo didicerimus? an ita oporteret id fieri aut minus. CAL. Prorsus. SOC. Secundo uero, si quando priuatim nobis uel amicis, aliquid construximus ædificium, idne pulchrū sit uel turpe. Quod si inuenimus magistros nobis bonos præstantesq; fuisse, multaq; ædificia atq; præclara, tum unā cum magistris, tum a nobis ipsis ædificata; tunc demum rationi consentaneū esset ad publica nos conferre. At si neq; magistrum nostrū possumus ostendere: ædificia quoz aut nulla, aut non bene constructa: stultū certē foret, opera aggredi publica, nosq; ad ipsa inuicē cohortari. Fatemur recte hæc dici, necne? CAL. Prorsus. SOC. Nōne similiter & in ceteris omnibus, atq; si in ciuiliū rerū tractatione inuicē cohortemur, quasi idonei si mus medici, ex aminare nos mutuo hūc i modū conueniet, Age per deos, ipse Socrates, quōnā pacto affectū ad sanitatē corpus habet, uel quāsnā alius Socratis opera euasit, à morbo siue liber, siue seruus? Me quoz de te eadē rōne in dicare deceret: atq; nisi aliquē per nos uel peregrinorū, uel ciuū, siue uirū, siue mulierē sanātū esse cōperiamus, per Iouē ualde ridiculū foret, eō amētia prouchi, ut nullis priuatum tētatis nullūq; perfectis rebus, necdū arte exercitata, figurariā, ut dici solet, in ipso uase discere aggrediamur, et ipsi ad rep. accedentes, & ad eā alios prouocātes.

Nōne id conari stulti hoīs esse putares? CAL. Nimirū. SOC. At ò uirorū optimē, cū nuper administrare repub. ceperis, ac me insuper exhorteris, quōdue id non faciā, reprehendas: nōne ita inter nos considerare debemus? Agēdū Callicles, quēnam suorum ciuū reddidit meliorem? Est ne quisquam, qui cū antea improbus & iniustus et incontinēs atq; imprudēs esset, tandē uero Calliclis opera honestus bonusq; euasit, siue peregrinus, siue ciuis, siue seruus, siue liber? Dic si quis id abs te exigat, quid nam sis responsurus? quō adduces aliquando factum tua consuetudine meliōre? An exponere piget si aliquod eius modi est, opus priuatim à te confectum prius, quam ad repub. te conferres? CAL. Contentiosus es Socrates. SOC. At non contentionis causa id requiro, sed reuera cupiditate discendi quemadmodū administrādi nobis publica cen seas: an alia curāda sunt repub. aduentibus, quam ut optimi ciues efficiantur: an nō sapius iā cōfessi sumus id esse ciuili homini faciendū? Nū confessi sumus? Responde quaeso. profecto confessi sumus, ut ego pro te respondeam. Si igitur ad id in sua ciuitate uirum bonū incumbere decet, nunc in memoriam reuocans mihi dicas uelim, nunquid illi quos in superioribus cōmemorasti, adhuc tibi uiri boni fuisse uideantur, Pericles, Cimon, Milciades, Themistocles. CAL. Mihi quidē. SOC. Nōne si uiri fuere boni, unus quisq; illorū ciues ex deterioribus reddidit meliores? Nōne ita? CAL. Ita. SOC. Si ita est: ergo quando Pericles primo orare cepit ad populum, deteriores erant Athenienses, quam cū postremā ad eos habuit orationē. CAL. Forsitan. SOC. Non licet, uir optimē, dicere forsitan. Nā ex his quæ concessimus necessario sequitur: si quidem bonus ille ciuis fuit. CAL. Quid tū? SOC. Nihil uerū ad hæc id mihi dicas: nūquid dicatur Athenienses Periclis opera meliores esse redditi, aut oīno contrā ab illo corrupti. Sanē Periclem audio Athenienses fecisse pigros, timidos, loquaces, auaros: primumq; mercenaria stipendia induxisse. CAL. Ab his qui fractas habent aures hæc audis, ò Socrates. SOC. At hæc nō amplius audis, sed apertissime scimus uterq; uidelicet Periclem ab initio magno in precio fuisse habitū, neq; turpem sententiā aduersus eū uelā tulisse Athenienses, dū prauiter erant: postquam uero honesti et boni ab ipso facti sunt, in extremo eius uita forti ipsum condemnauisse: parūq; abfuisse quin ultimo supplicio quasi malum uirum afficerent. CAL. Quid tū? malūne propterea Pericles uir extitit? SOC. Talis quidem asinorū curator et equorū atq; bouum malus uidetur: si cū eos acceperit, neq; calcitrosos, neq; cornupetentes, neq; mordaces, effecerit ut hæc obferitatem habeant uitia. An non tibi uidetur ille cuiuslibet animalis malus esse curator, qui cū acceperit mansuetum, magis ferū reddiderit quam accepit? Videtur tibi necne? CAL. Concedo equidem ut tibi gratū faciam. SOC. In hoc præterea gratificare mihi, respondens uirum homo unum sit animalium necne. CAL. Quid rogas? SOC. Nōne hominum curam Pericles habebat? CAL. Habebat. SOC. Quid ergo? an non oportebat ipsos quēadmodū modo cōsensimus, iustiores ex iustioribus ab illo fuisse factos? siquidē ille qui curabat eos, in rebus ciuilibus peritus erat. CAL. Prorsus. SOC. Nōne iusti mansueti sunt, ut ait Homerus? tu uero quid ais? nōne similiter. CAL. Aio. SOC. Veruntamen feros magis ipsos reddidit quam acceperat: idq; aduersus

uersus seipsum, quod quidem minimè voluisset. CAL. Vis ne tibi assentiar? SOC. Si videor tibi vera loqui. CAL. Sint ista. SOC. Proinde si magis feros, ergò iniustiores atq; deteriores. CAL. Esto. SOC. Quamobrem non bonus ad rempub. administrandam cuius Pericles erat, ut ratio hac ostendit. CAL. Non, ut ipse ais. SOC. Per Iouem ne que ut tu inquis, per ea qua confiteris. Rursus aut̄ mihi de Cimone dicas; nōne relegauerunt eū illi quos ipse cura uerat, ut vocē eius decennio non audirent? Prater ea aduersus Themistoclem idē fecerunt, atq; exilio insuper dānauerunt. Milciadem verò qui in Marathone pugnavit, in carceris barathrum detrudere decreuerunt, ac nisi obstitisset magistratus, proculdubio incidisset. At verò si boni, ut tu ais, hi fuissent viri, talia nunquā perpetrati fuissent. Etenim aurigae boni, non ab initio quidem excidunt: postquam verò equus curauerint, eiusq; artis fuerint peritiores, tum excidunt. id. n. neq; in aurigaria, neq; in alio quouis opere accidere solet an tibi videtur? CAL. Minimè. SOC. Vera igitur erant qua à nobis in superioribus dicebantur, nullum videlicet in hac ciuitate nos virum scire extitisse, qui in rep. bonus cuius esset habendus. Tu verò confessus es nullū ex his qui nunc sunt, esse talē: ex his aut̄ qui praecesserunt, extitisse non nullos, atq; inter eos quidem hos viros praeter ceteros elegisti. Hi verò non aliter se habere hac in re quam qui nunc sunt apparuerunt. Quapropter si hi oratores fuerunt, neq; vera rhetorica usi sunt, alioquin nunquā cecidisset, neq; adulatoria. CAL. Multū tamen abest, dō Socrates, ut quisquā eorū qui nunc sunt talia gesserit, qualia istorū quibus gessit. SOC. O beatē, nec ego, quantum ad ciuitatis administrationē pertinet, istos vitupero, imò verò hac in re mihi videntur diligentiores quam hi nostri fuisse, aptioresq; ad illa cōficienda, qua ciuitas cupiebat. Verum in eo quod castigare ciuim cupiditates oporteat, neq; illis obsecundare, & persuadendo & cogendo ad hoc ipsum perducere. Vnde meliores reddantur ciues nihil, ut ita loquar, inter hos atq; illos interest. quod quidem solum est bonis ciuis officium. Attamen tibi confiteor illos his aptiores fuisse ad naues, naualia, mœnia, aliāq; eiusmodi multa reip. comparanda. in rem ergo ridiculam disputando reuolui sumus: si quidem in omni hac disputatione in idem a siduē circumferimur, quid dicamus ignari. Ego enim te sapius cōcessis se arbitror, atq; cognouisse geminam hanc esse facultatem circa corpus & circa animam curatricem. Et alterā quidem ministram, per quam qua corpus cupiat, comparentur: veluti si fame scat, cibi: si sitiat, potus: si frigeat, vestes, stramēta, calcei, ceteraq; qua ad usum corporis exiguntur. Et profecto dedita opera easdem per imagines tibi loquor, ut facilius intelligas, horum esse paratorem, vel cauponem, vel mercatorem aut opificem alicuius istorum: videlicet pistorem, aut coquum, aut textorē, aut calceorum sutorem, infectoremq; coriorum, nec mirum est eum qui talis sit: videri corporis curatorem, tã sibi quam alijs imperitis, esse praeterea artem quandam gymnasticam atq; medicinam, in quibus curatio corporis reuera cōsistit. Quam decet huiusmodi artibus imperare, earumq; operibus vti, propterea quod scientiam habeat boni atque mali, quantum ad corpus pertinet alimenta atque valetudinem: quod quidem ab his alijs omnibus ignoratur. Quam ob causam dicendum est, has qui-

dem seruiles ministrasq; & illiberales esse circa corporis cultum: gymnasticam verò & medicinam his merito dominari. Hac igitur eadem esse etiam circa animum uideri mihi interdum cognoscere: mihiq; concedis tanquam quid dicam intelligas. Verum paulo post adducis in medium viros praclaros & bonos in hac ciuitate quōdā fuisse: atq; me quaerente quīnam isti fuerint, videris similes proferre homines circa rempub. ac si me percontante quīnam fuerint aut sint boni circa gymnasticam corporū curatores, responderes mox, idq; serio, Thearion pistior, et Mithaecus qui de Siculorum arte coquinaria scripsit, & Sarābus caupo: quasi hi mirabiles corporum cultores extiterint, quorum hic suaves panes, ille epulas, ille vinum praeparabat. Fortasse igitur indigne ferres, si gymnasticam te non intelligere dicerem. Nam ministros in mediū affers, cupiditatumq; assertores, qui quid honestum bonū sit in his, nequaquam diiudicant, sed utcunq; contingit, corpora hominum implent, eaq; saginant. Hi laudantur ab ipsis, cum tamen ob nimiam impletionem carnes illas veteres absumperint. Atq; postea cum ingruunt morbi, qui ita nutriti sunt, eos quidem, qui deinceps consuluerunt, ob ignorantiam accusant: eos verò qui ad libidinem nutrire, nequaquam. Cum, inquam, repletio talis tanquam immoderata eadem infert morbū, tunc praesentes consultores criminantur & improbant, atque iniuria insuper si queant afficiunt, priores verò illos qui causam morbi dedere, laudibus efferunt. Et tu nūc, o Calicles, similitimum quiddam facis, dum eos laudas qui hos nutrire, atq; his rebus quarum cupido incesserat, implere, quos aiunt magnam effecisse ciuitatem. quod autem tumens & intus male sana iam sit ob antiquos illos, non sentiunt. Absq; n. temperantia & iustitia, portibus, naualibus, mœnibus, tributis, uectigalibus, & huiusmodi nugis ciuitatem hanc impleuerunt. Quando igitur morbus erumpit, tunc illi qui in praesentia gubernant remp. improbantur. Themistocles verò ipse & Cimo & Pericles qui malorum causa fuere, laudantur. Quamobrem tu forsitan nisi caueas capieris, & amicus meus Alcibiades, quando praeter illa qua acquisita erāt, vetera quoq; fuerint amissa, quamuis malorum causa non sitis, sed unā cū ceteris causa. Atqui ego re stultitā nūc cerno, et de antiquis illis audio. Sentio. n. quādo ciuitas aliquem ex his qui in repub. versantur iniustitiae damnare aggredditur, grauius eos ferre atq; discerni animo, quasi iniuria patientur qui beneficia in rempub. multa contulerint. Nempe aiunt iniuste se ab illa damnari. Quod oīnō falsum est. Nunquam. n. reipub. gubernator iniuste damnatur ab ea cui praestitit ciuitate. Videtur aut̄ idē euenire his qui in repub. versantur, atq; sophistas. Sophista. n. quamuis in ceteris sapientes, in hoc tamen vno absurde se gerunt, quod cum se docere virtutes affirmant, saepe tamen discipulos velut ingratos accusant atq; iniustos, qui cum bona ab eis reportarint, mercedem tamen nullam aut gratiam referant. Quo quidem sermone nihil à ratione est alienius, quod videlicet viri boni iustitia est, et ab iniustitia praeceptoris opera remoti, atq; iustitia praediti, iniurias ea ipsa iniustitia quā non habent praceptoribus inferat. an nō videtur tibi, o amice, id absurdū? Reuera concionari me coegisti, dum respondere recusas. CAL. Tu verò per teipsum dicere non potes, nisi quis tibi respon-

respondeat? S O C. Videor equidem, & nunc frequentes iam extendo sermones, dum ipse mihi non respondere dignaris. Sed, o bone vir, per Iouem amabilem mihi dicas, an non prater rationem tibi videtur, ut is qui dicat se bonum aliquem reddidisse, de eodem conqueratur, quasi qui bonus ab ipso factus est, sit & malus? C A L. Mihi quidem videtur? S O C. Nonne audis illos qui docere virtute profitentur, talia conqueri? C A L. Equidem, sed quid nam de hominibus nullius precij dicere potes? S O C. Quid vero de illis dices qui reip. praesse se aiunt, atq. ut illa quam optima sit diligenter excogitare: rursusq. ipsam acculant prout accidit, tanquam pessima? putasne hos ab illis differre? Idem profecto est sophista ac rhetor, vel propinquum aliquid atq. simile: quemadmodum ad Polu dicebam. Tu autem propter ignorantiam praeclarum quiddam putas esse rhetoricam, sophisticam vero contemnis. Sed reuera pulchrior est sophistica quam rhetorica: quo & pulchrior est, conditrix legum quam iudiciaria, et gymnastica quam medicina. Solis autem concionatoribus & sophistis minime arbitror concedendum, ut de eo quod ipsi docent, quasi sibi sit malum, conquerantur. Alioquin in eadem ipsa accusatione seipos pariter criminantur, quasi nihil eis profecerint quibus utilitatem attulisse se dicunt. nonne ita se res habet? C A L. Ita prorsus. S O C. Et contulisse beneficium absq. mercede, ut consentaneum est, solis istis conueniebat, si quidem vera dicerent. Nam alia quidem beneficia cum quis acceperit, veluti per gymnasi magistru celer factus, forte utiq. gratia non referret, nisi caueretur, ut mercedem solueret quam primu celer satis euaserit. Non. n. tarditate, ut arbitror, homines, sed iniustitia iniuria faciunt. Nonne? C A L. Ita. S O C. Siquis igitur hoc ipm auferat, scilicet iniustitia, discrimen iam iniuria deuit auerit. Veru per id solu in tuto collocari beneficium potest, si quis eos quibus confert, bonos reuera possit efficere. Nonne? C A L. Consentio. S O C. Propterea ut videtur in alijs contractibus turpe non est sibi cauere veluti pro adificijs cateruq. artificijs. C A L. Apparet. S O C. Pro hac aut facultate, scilicet ut bonus quis fiat, optimeq. familiaria sua gubernet atq. rep. turpe existimatur nihil prius velle docere, quam de pecunia caueatur. Nonne? C A L. Certu. S O C. Constat. n. hac esse causam: quia solu hoc ex alijs beneficijs eu qui acceperit facit referenda gratia cupidiu. Quapropter praeclaru videtur esse argumetu, si is qui officiu eiusmodi praestiterit, vicissim ipse recipiat, contra uero nequaquam. Nu hac ita se habet. C A L. Ita. S O C. Ad utra igitur me cohortaris ciuitatis cura? age mihi definias. ad eamne per qua Atheniensibus repugnem, cotendamus, ut quam optimi fiant tanquam medicus, an ad eam per qua tanquam minister voluptatis illoru gratia studeam. Et mihi vera dic, o Callicles, decet. n. te quemadmodu incepisti audacter prosequi, mihi libere exprimendo qua sentis. Et nuc ergo bene generoseq. responde. C A L. Ad ministeriu profecto te exhortor. S O C. Ad adulationem ergo me, o vir, generosissime prouocas. C A L. Si maus, o Socrates, Mysion uocari, uocaberis utiq., nisi mihi credideris. S O C. Ne obicias mihi nuc quod iam saepius obiecisti, videlicet interficet, te o Socrates, quicumq. uoluerit, ne ego iteru ita respondeam, at malus bonu. neq. iteru dicas, auferet tibi, o Socrates, quilibet siquid habes, ne ego quoq. respondeam, at vero qui auferet, nesciet illis tanquam sibi utilibus uti, sed quemadmodum iniuste a me abstulerit, sic ipse

utetur iniuste quod si iniuste, ergo & turpiter deniq. si turpiter, male. C A L. Videris mihi opinari, nihil eiusmodi accidere tibi posse, perinde ac si procul hinc habites, neq. deduci posse in iudicium putas ab ignauissimo quoque nulliusq. precij homine. S O C. Amens certe forem, o Callicles, nisi putarem in hac ciuitate unumquemq. quodlibet eiusmodi pati posse. Hoc tamen certo scio, si in iudicium venero periclitas ob ea qua tu affers, improbu fore qui me accusauerit. Nullus. n. bonus hominem accusat insontem: Profecto nihil miru foret si morte damnarer. Vis tibi dicam qua ob causam hac expectem. C A L. Volo equidem. S O C. Arbitror equidem me una cu paucis Atheniensibus, ne dicam solum, ciuilem disciplinam reuera tractare, meq. solu ex oibus qui nunc sunt ciuilia exercere, utpote qui non ad gratiam verba facio, qua & frequentissime facio, sed ad id potius, quod optimu sit, quam quod dulcissimu, neq. ea ad qua quasi praeclara quaedam tu nunc monendo exhortaris, recipio me facturum, nimirum quod potissimum iudicio dicam, non habeo. Et nunc quidem recurrit mihi rursus in mentem quod ad Polu dixeram. Ita. n. de me iudicaretur, quemadmodum inter pueros de medico quem accusauerit coquus. Considera. n. qua se ratione defenderet medicus, die sibi apud pueros dicta, siquis cum his verbis accuset. Vir iste, o pueri, multa vobis intulit mala. Nam & uos & minores etiam vestros secundo vrendoq. contorquet, et attenuas suffocansq. afflicto. praeterea amarissimos praebet potus, & ad famem sitimq. uos urget. Ego vero contra multa & varia suauiaq. vobis paro. Si hac, inquam, coquus deferat accusator, quidnam censet hoc circumuentu malo medicum responsuru? an forte vera fatebitur dicens, hac equidem, o pueri, sanitatis vestra gratia feci? At. n. quam vehementer putas iudices eiusmodi reclamatuos? C A L. Vehementer fortasse putandum est. S O C. Nonne igitur in maxima eum ambiguitate inopiaq. sua defensionis tunc detineri existimas? C A L. Prorsus. S O C. Idem mihi scio, si in iudicium traheretur, eueniret, neq. n. voluptates vllas a me ad eorum libidinem inuentas comemorare possem, quas ipsi beneficij utilitatisq. loco existimant, ego vero nequaquam. Nec ministros quidem earum probo, neq. eos ob id quibus praebentur, feliciores existimo. Praeterea si quis me dicat uel corrumpere iuuentutem in ambiguitatem inopiamq. deducendo, uel improbare seniores mordacibus quibusdam verbis uel priuate, uel publice, non dabitur mihi veri dicendi facultas, me videlicet iuste hac ora dicere, eorumq. ipsorum duntaxat utilitati consulere, neq. aliud quicquam afferre facile potero. Quamobrem forsitan nihil est, quod aduersus me non decerneretur. C A L. Videtur ergo tibi bene se habere qui in ciuitate talis sit, ut sibip. nequeat praesidio esse? S O C. Modo hoc sit in ipso, o Callicles, quod tu saepius consensisti, ut sibimet id auxilij praestare possit, quo neq. aduersus homines, neq. aduersus deos iniuste aliquid fecerit, aut dixerit. Hoc. n. auxilij genus praestare sibi, saepius iam consensimus optimu esse. Si quis igitur me conuincat, eiusmodi auxilium mihi uel alijs afferre non posse, proculdubio erubescerem siue inter multos, siue inter paucos, siue solus a solo fuerim redargutus. Itaque si propter hanc impotentiam morerer, grauius ferrem. Sin autem ob adulatoria rhetorica defectum vltimo supplicio afficerer, certo scio me mortem per facile ferentem.

Nullus bonus accusat insontem.

eem te perspecturum. Nam mori quidem nullus formidat, nisi omnino rationis expertus atque ignavus, iniuste autem agere veretur. Multis enim peccatis refertam animam ad inferos descendere, extremum omnium est malorum. Proinde si quamobrem sic se res habeat, cognoscere cupis, rationem tibi exhibebo. CAL. Imo vero cum cetera perfeceris, hoc etiam perfice? S. O. C. Audi igitur, ut aiunt, pulcherrimum sermonem, quem te arbitror fabulam putaturum: ego vero non fabulam, sed sermonem. Nam tanquam vera qua dicturus sum, tibi narrabo. Profecto quemadmodum ait Homerus, Iupiter, Neptunus & Pluto, regnum quod acceperunt a patre, inter se diuiserunt. Exabat autem lex de hominibus sub Saturno, & semper, & nunc etiam extat apud deos: ut quicumque homines iniuste pieque vitam egissent, cum e vita migrarent, ad beatorum insulas profecti, in omni felicitate viverent, a malis longe seiuncti: qui vero iniuste impieque uixissent, in punitionis iustique supplicij carcerem, quod appellant Tartarum, irent. Horum vero iudices sub Saturno, atque et sub ipso Ioue regnare nuper incipiente, viuentes erant atque uiuentium, atque eadem die qua mortem quis obiturus fuerat, iudicabant. quapropter iniuste iudicabatur. Igitur Pluto atque beatarum curatores insularum Iouem aduertes retulerunt, indignos ad eos utringque hostes deuenire. Ad quos sic inquit Iupiter. At ego remedium adhibebo. Nunc enim propterea iudicatur iniuste, quod vestiti atque circumdati singuli iudicantur, quonia ante obitum iudicantur. Itaque multi prauas circumferentes animas circumdati sunt corporis forma, et genere atque diuinitate. Praterea quando iudicium imminet, confluit multitudo testium asserentium eos iniuste uixisse. Quo fit ut iudices ob haec obstupescant. Accedit quod & ipsi vestiti atque circumdati iudicant, oculos et aures et totum corpus quasi anima vel amentum habentes. Haec non a illis obstruenda sunt, videlicet tam sui quidam quam eorum qui iudicantur, amictus. Principio providendum est, inquit, ne hostes mortem suam presentiant: nunc enim praudent, & mandatum est Prometheo, ne eos presentire permittat. Deinde nudi ex his omnibus sunt iudicandi. Sunt enim iudicandi post obitum. Iudicem quoque ipsum esse nudum oportet, mortuum videlicet, & ipso duntaxat animo animam ipsam insufficientem statim post insperatum cuiusque obitum, animum inquam, a suis omnibus desertum, omnemque ornatum exteriorem reliquentem in terra, ut iudicium iuste procedat. Ego igitur utpote qui ante vos haec prauiderem, constitui iam meos filios iudices, duos quidem ex Asia, Minoem videlicet, & Radamantum: unum vero ex Europa Aeacum. Hi ergo postquam motui fuerint, iudicabunt in prato quodam, ibique in triuiuo, ex quo geminae tendunt viae: altera quidem ad tartarum, altera vero ad insulas beatorum. Et Asiaticos quidem Radamantibus eos vero qui ab Europa venient, Aeacus iudicabit. Minoi autem id munus iniungam, ut ipse dyudicet si quid alij ambiguum fuerit, ut iustissime, recteque de transmissione animarum iudicetur. Haec sunt, o Callicles, quae audiui, veraque esse credo, atque ex his sermonibus adductus ita mecum reputo. Mors quidem est, ut mihi videtur, nihil aliud quam rerum duarum, animae scilicet atque corporis, a se inuicem dissolutio. Cum vero duo haec disiecta sunt inuicem, non multum abest quin utringque ipsorum habitum seruet eundem quem uiuente homine possidebat. Principio corpus tam na-

turam suam quam culturam passionemque praefert. Veluti si magnum erat alicui corpus vel natura, vel alimonia, vel utrisque dum uivebat, mortuo etiam homine erit magnum. Item si crassum fuerat, erit & crassum. ceteraque similiter. Praterea si comandi studiosus homo fuerat, seruabit comam. Rursus si quis erat uerbero, multa quoque plagarum uestigia corpori habebat impressa vel a uerberibus, vel a uulneribus dum uiuere, huius quoque mortui corpus eadem retinere uidemus. Et si qua in parte fractum erat aut distortum, eo quoque mortuo eadem haec apparent, atque ut summatim dicam, quaecumque uiuentis erat corpus, talia ipsius mortui omnia vel plurima ad tempus apparent. Idem quoque mihi uidetur, Callicles, de anima sentiendum, cum etiam non apparent in anima cum corpus exuerit, tam quae ex natura, quam quae ex affectibus inerant, quae ob rei cuiusque studium in eam homo contraxit. Cum igitur ad iudicem peruenerunt, Asiatici quidem ad Radamantum, Radamantibus eos sistens uniuscuiusque animam intuetur, cuius tamen anima illa fuerit, non animaduertit. Sed plerumque magni Persarum regis aut ulterius regis, siue potentis abuium animum contemplatus nihil in eo reperit sani, sed perituri atque iniustitia quasi quibusdam uerberibus cicatricibusque infectum, qualia cuiusque actio contraxit impressitque animo, omniaque obtorta mendacis atque uanitate nihil recti habentem, quia sine ueritate fuerat educatus, praterea ob peccandi licentiam & petulantiam mollemque lasciuam & in actionibus singulis intemperantiam, incompositum penitus atque turpem. Animum igitur contemplatus sic affectum, statim ignominiose extra custodiae illum transmittit, ubi meritis subire poenas oportet. Conuenit autem omnem qui ab aliquo recte punitur, uel ipsum fieri meliorem utilitatemque percipere, uel ceteris exemplum dare, ut alij poenas eius conspicientes meliores ob timorem efficiantur. Qui uero apud deos & homines ita dant poenas, ut utilitatem inde aliquam referant, hi sunt qui peccata sanabilia commiserunt, quibus dolor cruciatumque prodest & apud homines et apud inferos. Non enim aliter quis potest ab iniustitia liberari. Qui autem extrema iniustitia detinentur, ac propter eiusmodi delicta sunt insanabiles, ex his exempla sumuntur, ipsique nullam amplius utilitatem inde reportant, utpote qui sanari non possunt, sed profunt duntaxat alijs per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis acerbissimisque et terribissimis poenis omni tempore cruciatos, tanquam exemplum monumentumque & spectaculum apud inferos in carcere praebentes iniustis omnibus qui ad ea loca descendunt. Quorum unum dico fore Archelaum, si uera narrat Polus, & alium quicumque tyrannus talis extiterit. Arbitror autem in eorum numero qui solum exempla tradunt, plurimos esse tyrannos, reges, potentes, ciuitatum gubernatores. Quippe cum hi ob ipsam peccandi licentiam grauissima prophansimisque peccata committant. Attestatur autem nobis Homerus, qui reges & potentes inducit apud inferos omni tempore cruciatos, ceu Tantalum, Sisyphum, & Tityum. Thersitem uero, & si quis alius priuatim fuit malus, nullus unquam uelut insanabilem magnus fecit poenis torqueri, quippe cum licentiam, ut arbitror, non habuerit, quae obrem felicior erat illis, quibus licentia sceleris perpetrandi dabatur. Profecto Callicles, ex his qui potentiam licentiamque habent, sunt qui nimium prauis fuerunt. Nihil ta-

men prohibet inter hos etiam bonos quosdam esse viros: & certe qui talis fuerit, mirifice est colendus. Nempe arduum est, o Callicles, ingentiq; laude dignum, ut quis in magna peccandi licentia constitutus iustam transigat vitam: pauciq; tales reperiuntur. Fuisse tamen & hic & alibi, atq; ut arbitror, erunt nonnulli praecleari boniq; viri, haec videlicet virtute praediti, per quam ea quorum sibi concessa est autoritas, iusta tractarent, unus autem Graecorum omnium probatissimus Aristides Lysimachi filius extitit. Plures autem, o vir optime, potentum improbi sunt. Quae ebreum ut dicebam quando Rhodamantibus aliquem eiusmodi deprehendit, nihil aliud in ipso nouit, neq; quisnam sit, neq; ex quibus ortus, sed utrum sit malus: cuiq; id compererit, dimittit in Tartarum, obsignans utrum sanabilis vel insanabilis videatur. Ille vero illic transmissus meritis subit poenas. Interdum vero alium intuitus animum uel priuati, uel alicuius alterius qui pie atq; integre uixerit, quod quidem philosophus potissimum contingere arbitror, rem suam agentibus neq; multum se negotijs implicantibus: applaudit huic transmittit ad insulas beatorum. Haec eadem Acaeus efficit. Vterq; vero ipsorum virgam tenet, dum iudicat. Minos autem considerans sedet solus, aureum habens sceptrum, quem admodum de hoc apud Homerum inquit Ulysses, videlicet illum vidisse sceptrum aureum tenentem, iuraq; mortuis dante. Ego igitur, o Callicles, ab huiusmodi sermonibus flector, & iam considero qua ratione iudici sanissimum animum ostendere possim. Quamobrem omnes populi spernens honores, veritatemq; considerans, conabor reuera, quam maxime potero bonus viuere atq; mori. Cohortor autem & ceteros omnes quantum possum. Te quoq; ad huiusmodi vitam reuoco atq; certamen, quod equidem assero praeclearis certaminibus in hac vita esse homini subeundum. Quapropter & te obiurgo qui non poteris tibi ipsi opem ferre, quado de te iudicabitur, instabitq; sententia quam modo dicebam. Sed cum perueneris ad iudicem Aegina filium, allegat te apprehensum ducet, oscitabis vacillabisq; illic non minus quam ego hic apud iudices vestros. Ibi forsitan percutiet te aliquis turpiter super genam, et contumelia iniuriatq; prorsus afficiet. Haec forsitan anilis quaedam fabula tibi videtur, & quae dicta sunt contemnis, sed profecto nihil mirabile foret haec spernere, si quo pacto perquirentes meliora his & ueriora inuenire possemus. Nunc vero vides, cum tres viri sitis omnium qui nunc sunt Graecorum sapientissimi, tu scilicet & Polus, & Gorgias, non posse uos tamen ostendere alia esse ratione viuendum, quam ea qua illuc quoq; conducere videatur. Imo vero in tot sermonibus cum ceteri redarguti fuerint, solus hic remanet firmus, scilicet cauendum esse iniuriam facere magis quam pati, idq; viro praeclearis omnibus meditando, non ut bonus quidem videatur, sed ut reuera sit bonus publice atq; priuatim. Si quis autem malus quodam modo fuerit, esse puniendum. Idq; secundo loco bonum esse, post id quod est esse iustum, videlicet fieri castigatione bonum, poenasq; iniustitia luere, omnem praeterea adulationem circa seipsum & alios, siue paucos, siue multos fugiendam esse: Rhetorica deniq; omniq; alio actionis genere pro iniustitia duntaxat utendum. Quas ob res mihi credens, sequere me illuc, quo cum perueneris, & viuens & mortuus beatus eris, quemadmodum tuus quoque

sermo significat. Atq; permittit ut aliquis te contemnat ut stultum, iniuriatq; si liber afficiat, ne ue cures, si ignominiose percussaris. Nihil n. graue patieris, si reuera honestus bonusq; sis, virtutemq; exerceas. Postquam vero sic una exercitati fuerimus, tunc si tibi operae precium esse videbitur, ad publica iam nos negotia conferemus, aut ad quodcumq; nobis deliberantibus tum, quando melius deliberare poterimus, visum fuerit. Turpe n. est cum tales simus, quales nunc esse videmur, iactare se verbis quae si aliquid simus, quibus nunquam de rebus eiusdem et quidem maximis eadem iudicantur, intantum processimus ruditatis. Hanc igitur rationem, qua nunc nobis innotuit, tanquam ducem sequamur, ostendentem nobis hunc optimu esse uiuendi modum, ut iustitiam ceterasq; uirtutes per tota uitam exerceamus. Huic igitur obtemperemus, aliosq; ad hanc adhortemur. Non autem pareamus illi, quae tu confisus ad eandem me exhortaris. Nullus n. est precij:

COMMENTARIUM  
MARSILII FICINI FLO-  
RENTINI IN CONVI-  
VIUM PLATONIS,  
DE AMORE.

CAPVT I.



**P**LATO philosophorum pater annos unum et octoginta etatis natus, septimo Nouembris die, quo ortus fuerat, discumbens in conuiuio remotis dapibus exspirauit. Hoc autem conuiuium, quo & natalitia, & anniuersaria Platonis pariter continentur, praeci omnes Platonicus, usque ad Plotini & Porphyry tempora, quotannis inuicem abant. Post vero Porphyrium mille ac ducentos annos, solemnes haec dapies praetermissae fuerunt. Tandem nostris temporibus uir clarissimus Laurentius Medicus Platonicum conuiuium inuouaturus, Franciscum Bandinum Archicriaticum constituit. Cum igitur septimum Nouembris diem colere Bandinus instituisset, regio apparatu in agro Caregio nouem Platonicos accepit conuiuias: Antonium Allium episcopum Fesulanum, Ficinum Medicum, Christophorum Landinum poetam, Bernardum Nutium rhetorem, Thomam Bencium, Ioannem Caualcantem familiarem nostrum, quem propter uirtutem animi, & egregiam indolem Heroem conuiuium nuncupauerunt: Marsupinos duos, Christophorum Carolumq; Caroli poetae filios. Me denique nonum Bandinus esse uoluit, ut Marsilio Ficino superioribus addito musarum numerus impleteret. Remotis dapibus Bernardus Nutius Platonis accepit libris, qui Conuiuium de Amore inscribitur: legitq; omnes Symposij huius orationes, quibus lectis reliquos conuiuias orauit, ut singuli singulas orationes exponerent. Assensere oes: iactisq; sortibus, prima illa Phaedri oratio, Ioanni Caualcanti obtigit exponenda. Pausania oratio, Antonio Theologo. Eryximachi Medici, Ficino Medico. Poetae Aristophanis, Christophoro Poetae. Agathonis adolescentis, Carolo Marsupino. Thomae Bencio data est Socratis disputatio. Alcibiadis uero Christophoro Marsupino. Sortem hmoi probauere oes. Verum episcopus ac medicus, alter ad animoru, alter ad corporum cura abire coacti, partes in dicendo suas Ioanni Caualcanti reliquerunt. Ceteri ad hunc conuersi sunt, paratq; ad audiendum conticuerunt. Tunc heros ille in hunc modum est exorsus.

QUA REGULA LAUDANDVS SIT AMOR.  
Quae sit eius dignitas et magnitudo. Cap. II.

**G**ratissima mihi optimi conuiuii fors ista hodie obtigit, qua esse etiam est, ut personam Phaedri Myrrhinusij gerere. Phaedri illius, in qua, cuius familiaritate tibi fecit Lysias Thebanus summus orator, ut oratione licubrationibus multis coposita, eum sibi conciliare cotenderit: cuius indole Socrates usque adeo admiratus est, ut eius splendore quadoq; iuxta Ulyssum flumiu concitus altiusq; sublatus mysteria

Qualis fuerit Phaedrus.